



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

5. Intelligentem animam esse immortalem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

Aut namq. præfuisent & aduenirent sine corpore, aut cum corpore aliquo: non sine corpore, quia corporeæ sunt, eamq. actio corporea: neq. cum corpore; quoniam aliud non videtur præfuisse corpus, quam semen; quod alimenti pars quedam est, non organicum corpus, quod animæ vsui ad operandum esse possit. Sola superest mens, hoc est intelligens anima (hoc enim tertium erat reliquum membrum) quæ forinsecus accedit. Quippe hæc sola diuina est, nõ res aliqua materialis. Nam actionem habet propriam, cum qua commune nihil habeat actio corporea corporeiue intrinseci vsus. Hæc est Philosophi disputatio. Quam de actu primo animæq. substantia, non de actu secundo & operatione tractare manifestum est.

Neque incertam & dubiam, vt Iacobus Zabarella interpretatus est nuper in libro de mente humana cap. 9. sed certam & definitam sententiam continere. Nam si vllum est argumentum illud, quo is veram Philosophi sententiam sequentibus verbis (Πάντες ἄνθρωποι ἄνευ σώματος διακινῶνται) contineri probat; quoniam (ἄνευ σώματος) tunc solet ab Aristotele vsurpari, quando aliquid quod ante propulerat, aggreditur (vt mitam multa contra adferri posse) certè eodem conficere potuisset, definitam sententiam superioribus illis contineri (ἡ δὲ ψὴν οὐκ ἔστιν ἐν τῷ σώματι ἀνευ σώματος) perinde siquidem est, siue (ἄνευ σώματος) siue (ἄνευ τῆς ψυχῆς) dicas: Præsertim cum eo loco subiungat (ἡ δὲ ψὴν οὐκ ἔστιν ἐν τῷ σώματι) quomodo non nisi in propria & certa sententia loqui cõsuevit. Tum verò quàm est certum definita sententia probari vegetantem & sentientem animas non præfuisse; quia sine corpore nequeunt esse: tum etiam certum esse debet definita sententia pronuntiarì mentem solam aduenire forinsecus, quòd sola diuina sit & operationem corporeo nõ vtentem organo habeat. Neque vlla probabilitate accipit is auctor, vt interpretationem suam tueatur, Philosophi ex tribus membris propositis vnum solum examinandum assumpsisse, quo animas omnes forinsecus aduenire dicebatur. Nulli enim est huius rei argumentum. Philosophiq. disputatio potius ostendit ex tribus illis eligi tertium, forinsecus aliquas nõ aduenire solisq. intelligentis priuilegium hoc esse. Siue autem Græcè legamus (ἀνευ σώματος) siue Latine vertat Ideodorus Gala Crescat igitur perinde duabus cæteris animabus reiectis colligitur intellectum superesse solum nobis forinsecus aduenientem.

Minus etiam probandum est, quod idem ipse ait Zabarella, mentem non absolute, sed ex hypothesi appellari diuinam; si inquam forinsecus adueniret. Non enim ex hypothesi, sed absolute Philosophus loquitur: nec eam adfert rationem, cur diuinam dicat; sed hanc potius, quòd propria habeat actione, in qua nihil habet cõmune actio corporea. Quamquam eam quoq. ob causam, quòd forinsecus accedat, diuina est. Et enim hoc duo prorsus Aristoteli significat. Alteru est, ita ad corpus accedere, vt antea fuerit. Alterum, ex corporis potestate nõ educi, nec habere quidquam cum eo cõmune. Neutro modo vegetas anima aut sentiens accedat forinsecus; neq. priore modo vlla omnino forma; quoniam nulla potest coniunctum antecedere, vt in 12. lib. Metaph. positum est. Intelligentis animæ maximè proprius est posterior modus: & ideo forinsecus aduenit, hoc est aliunde habet originem, solaq. inter animas omnes diuina est; immaterialis inquam & spiritalis natura diuine per similes. Vtrũq. consueto argumento probat ex operatione, quam diuinam habet neque cum

A materia corporeiue cõmunem. Nam si operatio materialis nõ est, sed diuine operationi per similes; eiusmodi quoq. substantiam esse illam oportet, cuius est operatio, non inquam ex materia, sed aliunde & extra materiam orta. Quæ omnia cum ijs consentiunt optimè, quæ in lib. huius de an. traduntur; intellectu esse aliud animæ genus à cæteris diuersum tanquam perpetuum à mortali, immortale, separabile, impermixtũ. Certè Simplicius id, quod Philosophus dixit in tex. 66. lib. 1. intellectum diuinius quid esse; propterea dictũ interpretatus est, quòd in corpore participatũ habeat, cõnerraturq. in seipsum, & ad nullam corporis partẽ declinet, atq. cum præfationibus sese coniugat vnique. Sola enim entia diuina eiusmodi sunt, vt in 8. lib. Phys. & 12. Metaph. demonstratur. Hoc nimirum est, quod in 10. lib. Eth. ad Nicomachum c. 8. nouo dicit ἡ δὲ ψὴν οὐκ ἔστιν ἐν τῷ σώματι, mentem Dijs cognatissimã, propinquissimã & ex eodem maxime genere. Sed & Trimegistus Mercurius dixerat, ἡ δὲ ψὴν οὐκ ἔστιν ἐν τῷ σώματι, mens in hominibus Deus. Et Plutarchus in Platonis quaestioibus, ἡ δὲ ψὴν οὐκ ἔστιν ἐν τῷ σώματι, Iulius non Deum vt Euripides, sed diuinum se dixit malle animum nostrũ appellare. Et vt cæteros mitam, Plotinus in libro de anima immortalitate c. 10. animam, quod hic corporea sit & immaterialis, nõ solum diuina natura cognatam dixit, sed & quocumq. consubstantialem, atq. hoc solum à supernis distare substantijs, quòd sit in corpore. Quæ omnia videtur ex eo delumpta, quod antea scripserat Moyses hominem ad imaginẽ & similitudinẽ Dei fuisse factũ.

Quòd si diuinam dixeris, hoc est à Deo immediate productã, vetiorem habueris de origine huius animæ sententiam. Quæ tribus constat partibus. Primã animam nostram: non ex materia seu corpore produci. Alterã, eam non præfuisse separatam ante corpus. Tertiã, eam à Deo immediate produci in corpore opportune disposito. Primam hæc loco aperte habet Philosophus; alteram in 12. lib. Metaph. in tertia fortasse dubitauit. Aut enim is creatione quidem totius entis ex nihilo prorsus negauit; cuiuspiã verò partis non item; quòd non omnino sit productio alicuius ex non ente, sed productio partis aliquo præiacente: quamuis non ex illo, sed in illo producatur. Aut hoc potius solum intellexit, animam hanc materialem formam nõ esse, quoniam operatio immaterialis est & spiritalis: & ideo non ex materia educit, sed extra materiam ortam atq. accedentem aliunde: non tanquam præexistentem substantiam; quoniam nulla forma antecedit coniunctum; sed tunc de nouo productam. Quo autem modo producatur, nec assequutus est, nec assequi potuit, qui infinitam Dei virtutem non intellexit. Itaque hic dubius hæsit.

INTELLIGENTEM ANIMAM esse immortalem.

Veniens id adiecit Auertois, Immortalem eam esse, separabilem & æternam, aut veniens sempiternam. Sic enim decretum & certissima fide tenentem proponitur nobis in Aquileiensi Concilio, & in sexta Synodo generali Constantinopolitana, & in Cõcilio Lateranensi tertio sub Leone 10. scilicet 8. & Clemente Romano lib. 6. Apostolicarum constitutionum cap. 11. Atq. ex innumerabilibus penè factorum librorum locis habetur. Cuius generis illa sunt: In libro Ecclesiasticis capite 12. spiritus redeat ad Deum; qui dedit eum. Sapient. 2. Deus creauit

Sacrarũ literarũ testimonia.

hominem inexterminabilem. Et cap. 7. Infortū ani-
 mā in manu Dei sunt, & non tangit illos tormētum
 mortis, &c. Et cap. 4. Raptus est, ne malitia mutaret
 intellectum eius. Et cap. 5. Tunc stabunt iusti in ma-
 gna constantia, & quæ sequuntur. Hac enim veritate
 de immortalitate nititur altera illa de resurre-
 ctione, de quæ bonorum præmijs & malorum sup-
 plicijs. Iob. cap. 3. Præcipe domine in pace recipi
 spiritum meum. Et cap. 12. Eleemosyna à morte li-
 bera & facit inuenire vitam æternam. Ecclesiastici
 cap. 24. Qui elucidant me vitam æternam habebunt.
 Psal. 15. Non dabis sanctum tuum videre
 corruptionem. Et Psal. 30. & Luc. 23. In manus tuas
 commendo spiritum meum. Et act. 7. Suscipe spiri-
 tum meum. Et S. Paulus in priore ad Corinth. epis-
 tola cap. 15. multis argumentis resurrectionem
 mortuorum probauit, quæ immortalitatem quo-
 que ostendunt: & inter cætera illud, quod si Chris-
 tus resurrexit, & nos resurgemus. Eadem enim ratio-
 ne deduci potest: Anima Christi cum corpore
 non fuit extincta, nec igitur extinguuntur nostræ.
 In epistola ad Philip. cap. 1. Desiderium habeo dis-
 solui & esse cum Christo. Matth. cap. 10. Nolite ti-
 mere eos, qui occidunt corpus, animam autem non
 possunt occidere. Luc. cap. 16. ex historia seu para-
 bola diuitis & pauperis Lazari. Et cap. 23. Hodie
 mecum eris in Paradiso. Ioan. cap. 12. Qui perdi-
 dit animam suam in hoc mundo in vitam æternam
 custodit eam. Apocal. cap. 6. Vidi sub altare
 Dei animas interfectorum, &c.

Vnus videtur aduersari locus. Nam in libro Ec-
 clestasticis cap. 3. homines dicuntur esse similes be-
 stijs, idemque omnium affirmatur esse interitus.
 Sed aut sermo est de toto homine: quia cum veller
 Salomon inconstantiam sublunarium omnium re-
 rum ostendere, eodem modo dixit interire homi-
 nem, quo moriuntur bestia, neque hominis vitam
 esse perpetuam compositumque hoc humanum
 non semper subsistere, sed breui tempore dissolui.
 Aut ea pronuntiantur in persona impij. Quod ap-
 tissimum est in cap. 2. lib. Sapient. vbi eodem ferè mo-
 do loquitur Salomon, ita exorsus: Dixerunt cogi-
 tantes apud se non recte, &c.

*Et solus
 Deus na-
 tura im-
 mortalis
 anima
 et An-
 gels Dei
 dona.*

Solent tamen veteres Christiani scriptores affir-
 mare solum Deum natura immortalē esse, ange-
 los & animam nostram non natura, sed Dei do-
 no. Sic enim loquuti sunt patres sextæ Synodi ante
 citatæ, & S. Iustinus in quæst. 61. earum, quæ à gen-
 tibus proponebantur Christianis; & S. Irenæus
 lib. 2. cap. 64. & S. Ambrosius lib. 3. de fide cap. 2. &
 S. Hieronymus lib. 2. contra Pelagianos, & S. Au-
 gustinus libro de vera religione cap. 13. & Cyrillus
 Alexandrinus libro 8. Thesauri cap. 2. & S. Ioan. Da-
 mascenus lib. 2. de fide cap. 3. Quod nequaquam ita
 intelligendum est, vt donum significet quidpiam
 quod natura accesserit: quemadmodum corpus
 ante primi parentis facinus per originalis iustitiæ
 donum erat immortale. Alioqui vt peccato corpus
 factum est mortale, ita & anima tunc amisisset &
 momentis nunc singulis immortalitatem peccando
 amitteret: Siquidem per peccatum mors intrauit
 in mundum, vt in epistola ad Rom. cap. 5. affirmat
 Paulus. Sed eo intellectu accipiendum, quo donum
 significat quicquid ab alio acceptum est. Etsi enim
 & angelus & anima nostra sint natura sua immorta-
 les, quia immateriales & spirituales substantiæ: quoniam
 tamen à Deo creatæ sunt, tum natura, tum immor-
 talitas earum, Dei donum appellatur: vt hoc

inter Deum & rem creatam interit, quod solum
 Deus ex se; res creatæ à Deo acceptæ habent
 mortalitatem.

Sed iam vniuersum hoc de animæ nostra immor-
 talitate caput philosophicè magis tractemus, nam
 rali que ratione inuestigamus. Non desuerunt inter
 Philosophos, qui eam non minis mortalem, quam
 plantarum ac mitorum animas esse docerent, ut
 omnino cum corpore nasci & interire. Fuit hæc
 sententia, Panetij, Democriti, Lucretij, Aristo-
 rorum eius scholæ hominum. Dicitur quoque
 apud Iulium in prima Iulcul. & in secundo lib. de
 & Plutarchum in 5. lib. de Philosophorum placita
 cap. 1. Arati, & cuiusdam Zenoni, vt refert andrea
 libri de Ecclesiasticis dogmatibus cap. 16. Plinij lib.
 cap. 55. Senecæ in consolatione ad Martiam cap. 19.
 Galeni in libro de mutua animi morum & corporis
 temperamenti consequentione, pluribusque alijs
 locis; eorumque omnium, qui animam dicunt
 qualitatum temperiem aut eiusmodi quidpiam esse,
 & Abubacher atque Auempace apud Auerroem &
 inter Græcos Peripateticos Alexandri.

Quorum hominum sententiam hæc inuadere
 dentur. Primum quoniam materialis est forma.
 Tum quia feminis actione educitur ex potestate
 materiam: alioqui homo non gigneret hominem, quo-
 que satis fuisset humanæ speciei conseruationi
 opus, si naturale agens sibi simile procreare
 posset. Tum quia si materialis non esset cum cor-
 pore proportionem non haberet, neque illi naturæ
 vniretur. Perficitur etiam à materialibus obiectis
 perandò quæ pendet ab organis, aut certè à phantasmatis
 & corporis dispositionibus, atque illius in-
 ditiones sequitur. Fatigatur corpore fatigato, & capere
 læso læditur mentis functio; eoque quiete ac re-
 stituito recreatur hæc simul & restituitur. Denique
 quoniam ex operatione cognoscitur forma, natura
 siq. animæ operatio alia non est, quam cum propor-
 tate intelligere; neque hæc est perpetua, sed immor-
 talis. Nihil igitur est vnde immortalitas atque à corpore
 separabilitas colligatur. Nam si separaretur, aut esset
 otiosa, aut si absq. phantasmate intelligeret, operatio-
 nem nimirum atque adeo essentiam comitaretur, vt
 præstariotior, sic animæ naturalis magis operatio esset
 magisque naturaliter & perfectior extra corpus,
 quam in corpore, anima foret. At cum sit incom-
 pleta substantia & alterius pars; imperfecta est &
 præter naturam, dum ab eo, cuius est pars, abstantia
 subsistit. Ergo aut sempiterno tempore imperfecta
 erit & in statu præter naturam; aut naturæ lumine
 cognoscetur futura nostrorum corporum resurre-
 ctio; occultissimum Christianæ fidei ac religionis
 mysterium, quod nullus vnquam Philosophus
 cognouit, vt ita redeat ad corpus animæ & perficiam.

Aur certè reuocandæ erunt Pythagoræ ac Platonis
 fabulæ; qui migrationem in diuersa corpora som-
 niarunt. Quod si de separata animæ statu & condi-
 tione nihil natura lumine sciri potest, neque colligi
 posse videtur alium eam à corpore separatam sta-
 tum habere. Tum verò aut alteratione separari eam
 à corpore oporteret, aut motu de loco ad locum: ut
 si ea immaterialis & impartibilis substantia est, nec
 potest esse capax. Alexander autem ad hunc ferè modum
 ratiocinabatur. Anima species est, forma, & perfectio
 & perfectio corporis: at species, forma, & perfectio
 esse non potest sine eo, cuius est species, forma & per-
 fectio: cuius enim esset species, forma, & perfectio
 Anima igitur à corpore separari non potest. Etenim si
 separari

separari posset, in eadem quocumq; alio esset: neq; con-
 tingi posset cum materia, aut in ea tanquam illius
 forma & actus produci. Non enim videtur aliqua in
 ratione praesertim formalis cause & materialis, sine
 mutua communicatione & dependentia. Itaque si
 anima futura sit corporis forma, pendet ab illo ne-
 cesse est: quod ex operatione cognoscitur, quae ni-
 mirum a corpore pendet. Quapropter hac ferme
 ratione Philosophatur Petrus Pomponatius. Cog-
 nitio quaelibet in abstractione quapiam consistit,
 qua obiecti similitudo in cognoscentem facultate
 traducatur; omnisq; facultas cognoscentis, ut eam in
 se producat, obiecti sui abstractione vitur. Triplex
 autem est abstractio. Nam quaedam cognitio ab
 omni abstractione materiae, neque ab ea pendet ut su-
 biecto, neque ut obiecto. Altera contra & ut su-
 biectum & ut obiectum materiam retinet. Tertia
 est media; quae a materia quidem ut subiecto ab-
 strahit, at non ut obiecto. Prima separatarum men-
 tium est, altera sensus, tertia intellectus humani, qui
 a corpore ut obiecto pendet cunctaque cum quan-
 titate & inspectis phantasmatibus concipit. Prima
 cognitio substantiae cognoscentis est; quae nullo
 modo sit forma materiam formans aut alterius
 pars; sed solum velut mouentis ordinem ad ma-
 teriam habeat. Altera eius est, quae essentialiter sit
 formans forma. Anima nostra inter has est media;
 & ut essentialiter non pendet a corpore ut subie-
 cto, ita pendet ut ab obiecto. Sed eum separata
 mentes omnino sint immortales, sensusque morta-
 lis anima nostra, quae media est, utriusque extre-
 mi particeps erit, quodamque modo immortalis,
 & quodam mortalis. Quod duobus modis cogi-
 tari potest: aut ita, ut essentia sit immortalis &
 secundum quid mortalis, ut est vita materiae: aut
 ita, ut essentia sit a materia dependens & morta-
 lis, immortalis vero secundum quid, ut pri-
 mi generis cognitionis particeps est. Horum alter-
 rum iudicavit Pomponatius naturali lumini repu-
 gnare; alterum cum eo summo opere consentire, sed
 animam nostram absolute mortalem esse con-
 cludere.

*Quid Aristoteles senserit non dum satis disputa-
 tum. Eum quoque fecisse mortalem iudicavit ex
 antiquioribus Peripateticis Alexander, & praeter
 eum Plutarchus paulo ante notato loco, & Galenus
 in historia Philologica, & S. Iustinus in Parene-
 tico ad gentes, & S. Gregorius Nazianzenus in dis-
 putat. aduersus Eunomium, & Theodorus in
 libro. 5. de curandis Graecorum affectionibus,
 qui est de natura hominis, & Nissenus in libro. de
 anima cap. 6. Origenes in libro de principijs. Et
 omnino apud veteres Ecclesiae patres hoc nomine
 male audiuit noster Philosophus. Et post illos Sco-
 tus in 4. sent. libro dist. 43. quaest. 2. & Herueus
 quodlib. 1. quaest. 11. Est enim dubiam credide-
 rint accipere que habuisse sententiam; eorum ta-
 men alter ita illum scripsit pro immortalitate fuisse
 loquutum, ut infirmisimum assensum ostende-
 ret: alter ad mortalitatem magis declinasse. Et hanc
 illius fuisse sententiam voluerunt Caietanus in
 Commentarijs huius tertij libri de anima, Petrus
 Pomponatius in libro de immortalitate, & in
 Apologia, Simon Portius in libro de mente hu-
 mana, Iulius Castellanus in libris de intellectu,
 alijque recentiores nonnulli. Haec enim apud
 ipsum leguntur. In 1. libro Phys. tex. 83. Physicus*

de corruptibilibus solum & mortalibus formis agit;
 tex. 12. libri 2. naturalis forma non nisi ratione a
 materia separabilis est: & tex. 19. Res Physice minus
 abstractae sunt, quam Mathematicae: & tex. 206.
 Physicus de ijs agit, quae ratione separari queunt,
 est res separata in materia. Ex tex. 17. lib. 4. locus
 potest a loco separari, at forma non potest a re,
 cuius est forma. Et in 3. libro de Caelo tex. 1. omnis
 substantia Physica aut corpus est aut cum corpore
 gignitur. At intelligens anima est naturalis forma;
 quia entis naturalis, hoc est hominis, pars. Ratio-
 ne igitur duntaxat, non re a materia & corpore
 separabilis est. In 1. libro Physic. tex. 33. & 34.
 alijque in locis, ex nihilo nihil fit; ac si haec anima,
 ut ex terra, producatur ex materia, materialis item
 erit in eandemque materiam dilloctur aliquan-
 do. In 3. libro eiusdem operis, & in 1. de caelo,
 nullum actu infinitum dari ostendit, neque in ma-
 gnitudine; neque in numero. At cum is aeternum
 posterit mundum in 8. libro Physicorum, si ani-
 ma nostra immortales essent, infinitus earum
 nunc exaret numerus. In 6. Physic. tex. 32. quid-
 quid mouetur, partibile demonstrat, esse oportere;
 neque impartibile posse, loco praesertim, mo-
 ueri. Oporteret autem immaterialem & incompatibi-
 lem animam loco moueri, ut separaretur a corpo-
 re. In 8. Physic. tex. 15. Anaxagore intellectus di-
 citur esse inordinatus, si post infiniti temporis quie-
 tem ac cessationem incepisset mouere. At non mi-
 nus inordinatam diceret intelligentem animam, si
 breui tempore corpus moueret, postquam ab eo
 separata semper quiesceret. In tex. 32. eiusdem li-
 bri, Quod mouendo mouetur ex accidenti, corru-
 ptibile est & mortale: anima vero, dum mouet
 corpus, cum eo ex accidenti mouetur, ut est in
 tex. 61. libri primi de anima: corruptibilis igitur est
 & mortalis. Et in tex. 33. eiusdem 8. libri is ra-
 tiocinatus est; mouens est aeternum, ergo & mo-
 bile aeternum: licet & nobis destruyendo consequens
 ita colligere; corpus, quod mouetur ab anima, ca-
 ducum est, non sempiternum; ergo & anima ca-
 duca est, non sempiterna. In 1. libro de Caelo tex.
 126. nihil potest esse incorruptibile, quod aliquan-
 do incepit esse: anima vero incipit esse simul
 cum corpore, 12. Metaph. tex. 16. Praeterea in 2.
 lib. de Caelo tex. 18. nihil, quod sit praeter naturam
 & violentum, potest esse perpetuum & sempit-
 ternum; anima si separaretur a corpore, praeter
 naturam esset & violenta, cum sit essentialiter for-
 ma. In 1. lib. de anima tex. 12. & 13. hanc certam
 constituit regulam, qua cognoscatur, num anima sit
 a corpore separabilis nec ne: Si intelligere est phan-
 tasia vel non sine phantasia, separari non potest; at
 in tex. 66. intelligere corrumpitur & marcescit alio
 intus corrupto, & tex. 30. & 39. libri 3. intellectio
 nostra necessario indiget Phantasmatibus: conse-
 quens igitur fuerit eam a corpore separari non pos-
 se. In 2. lib. eiusdem operis tex. 4. & deinceps, ani-
 ma est essentialis actus & perfectio corporis: sed
 actus & perfectio essentialis est inseparabilis. Ut
 enim ratiocinabatur Alexander, si separaretur cuius-
 nam erit actus & perfectio: Porro in tex. 20. lib. 3.
 solus intellectus agens dicitur esse immortalis &
 perpetuus, velut abstracta substantia, sed intelle-
 ctus passiuus corruptibilis est, & sine hoc nihil
 intelligitur. In libro de longit. & breuit. vite cap.
 2. duobus modis interire potest scientia; aut a con-

GGGG iij

trario abolita, obliuione aut deceptione; aut pereunte subiecto: scientiã autẽ subiectũ sola est intelligẽs anima. In 7. lib. Metaph. t. vlt. composito dissoluto nihil remanet, nisi materia partẽs materiales. In 12. libro t. 30. quoniam intelligentiã sunt sempiternã, eas colligit in materia non esse: iam consequenter destructo, quoniam anima nostra est in materia, licebit concludere sempiternã eam non esse. In eodem etiam loco, & tex. 48. nullas abstractas admittit substantias, quã aliquẽ orbem non verant; quoniam essent otiosã: & plurimã; immo innumerabiles, forent, si anima intelligentes à corpore abiunctã subsisterent. Atque in tex. 39. Deum & intelligentias separatas degere ait optimã & felicissimã vitam, quã breuissimo tempore nobis conceditur. At si anima nostra immortalis esset, sempiterno tempore, totõque auo concederetur. Denique in 1. libro. de moribus ad Nicomachum cap. 11. mortui nullum habent sensum eorum, quã apud nos fiunt. Et libro 3. cap. 6. homini mortuo nihil ampliũ neque bonum neque malum esse videtur. Immo verò obseruauit Porcius vias omnes & rationes, quibus Aristoteles in cognitionem substantiarum abstractarum ductus est, non solum non conuenire, quin repugnare potius intelligenti animã. Triplici namque illas via in 8. Phys. & 12. Metaph. inuestigauit: ex aternã & constanti operatione perpetuõque celorum motu: ex eo, quod sunt aliorum principia à quibus omnia pendunt: ac demum quoniam esse oportet aliquid, quod nec per se, nec ex accidenti moueatur. At intelligens anima neque vllam habet constantem ac perpetuã operationem; neque materialium aliorum entium principium est; immo ipsã de nouo producitur, atque à primis illis entibus pendet: ac demum ex accidenti mouetur cum corpore. Ex quoniam igitur tandem principio colligere potuit immortalem eam & sempiternã esse.

Quinam
fecerint
immortalem.

Contra verò plurimi semper pro animorum suorum immortalitate pugnarunt. Mirorque magnopere Tullium in 1. Tuscul. scripsisse, Pharecidem Syrum, qui Seruio Tullo Regnante vixerat, primum humanos animos immortales esse dixisse. Namque ante illum id senserunt Hebræi, Egyptij, atque Caldæi. Ac de Esseis apud Iudæos confirmat Porphyrius in 4. libro de abstinentia ab esu carniũ: & de Chaldæis inter ceteros Pausanias in Messenicis libro 4. Sed & Trifinegillus Mercurius in Poëmandro cap. 1. Solum hominẽm dixerat ex vniuersis terrenis animantibus duplicis esse nature; mortalis propter corpus, & immortalis propter hominem ipsum substantialem. Et cap. 2. nullum voluerat cum homine, qui nullos genuisset filios haberi comericum; sed illius infelicitatis misereri, quem grauis post interitum maneat multa. Et ca. 8. immortalis inquit anima. Et ideo corpore dissoluto animã ait ad supra remeare: ac primã quidem spherã crescendi & decrescendi officium reddere; secundã autem machinationem malorum otiosumque dolũ; terciã otiosã concupiscentiã deceptionem; quartẽ imperiosã & inexplẽbilem; quintẽ profanam arrogantiã & audaciã temeritatem; sextẽ occasiones diuitiarum prauas; septimẽ mendacium infitum; tum animũ his extutum ad octauã reuerti naturã: vnãque cum ijs, qui illi sunt, laudare partem ac Deo frui. Et cap. 10. homi-

num immortales animi in demones transierunt, demum in Deorum chorũ feliciter euolunt. Erant enim sum; Humana anima pia postquam e corpore uerò in propria natura remanet, ac seipsam euolat corpusque quẽrit, quod ingrediatur, &c. Et in Asclepio cap. 1. omnis humana immortalis ethera. Et cap. 3. diuinã hominis partem appellat. Et cap. 4. 6. & 8. hominem ait ex animo & corpore id est ex aternã & mortali natura, conuenienter esse. Et cap. 10. cum inquit, à corpore dissociatur, arbitrium ex amenque meritissimi transiunt in animi demones potestatem. Isque eam, cum piam stãmque peruiderit, in conuenientibus locis manere permittit. Si autem victorũ maculis intãtam, desuper ad ima deturbans, procellis, turbis, nubibusque aëtis, ignis, & aque sepe discordantibus tradet: atque inre celũ & terrã mundantibus, etibus in diuersa semper æternis penis agitata, prebitur: vt in hoc animo obit eternitas, quod in infirmo tali sententia æterno iudicio subiugatur.

Peruenit est & Chaldaicũ illud oraculum.
Accelerare opus vt ad lucem & patri gloriã
Unde tibi est animus multa indutus mente.
Quod explicans Pfellus animã scribit non ex deminibus accepisse substantiam, neque corporeis temperamentis subsistere: sed à Deo superatẽ habuisse esse atque huẽ descendisse, deberẽque ad illum conuerti & rursũ ascẽdere. Philo quoque abstractionem dixit esse aut radium à Deo. Oraculum Apollinis, particulam. Tullius deceptum ex diuina mente, nec eius originem in terris extat. Aratus, quem S. Paulus citat in lib. Act. cap. 17. Ipsiũ enim & genus sumus. Et Pythagoras, Animã namque genus diuũ mortalibus extat: quam ob causã corpus suum quidem dicitur quandoq; morti cellurum; animũ verò quã ex ipsius corporis funere euolaturum, à morte pariter ac festinate immunem. Hocque principio animarum in alia atque alia corpora migratio mittebatur. Et Aristoteles diuinã mentem vocauit, quã sola fontecus adueniat. Verũ de Aristotele post.

Sanẽ temporibus omnibus fuit animi nostri cognita dignitas & quã per manus tradita à Moysẽ & Hebræis, ad Egyptios & Caldæos, indeque ad Græcos traducta. Phocylides inter præcos illos vates, qui ante Philosophos floruerunt, corpus inquit lumptrum est ex terra, sed viuunt animi sempiterni sine morte, senectãque. Quod ex sybillis carminibus eũ habuisse aut hoc est Suidas. Addit, De functis superest vita, & Dij deinde creatur. Erant sum; In corrupta manet anima, nam luce carentum. Quin etiam à Sybillis edoctus resurrectura præcedit corpora, vel animã ab hac vita migraturã ad alia. Sic enim loquitur.

Atque breui è terra speramus scandere ad aurã.
Atque herui è terra speramus scandere ad aurã.
Epicharmum quoq; vetustissimũ Poetã de immortalitate idẽ sensisse testatur in 4. libro Stromatum Alexandrinus Clemens. Si pletatem, inquit, animo coluisti, defunctus nihil patieris mali: spaciũ in celo permanet spiritus; & quẽ sequantur. Atque omnino de Pindaro, ceterisque Poëtis testis est in Menone Plato. De Pythagora certum est, quã animarum in diuersa corpora migrationem postulat. Alcmeonem confirmat Aristoteles in 1. lib. de opibus lib. tex. 32. immortalem fecisse animã, quãdã immortalibus

immortalibus similis sit. De Anaxagora & Diogene
Io. Franciscus Picus lib. 1. examinis cap. 14. De
Stoicis ex Laërtio, Epicteto, Ariano, & alijs vide-
tur satis constare. Sed obseruat Plutarchus lib. 4.
de placitis Philosophorum cap. 7. animam eos pu-
tasse non interire quidem cum corpore, quin tem-
pore multo superstitem esse; debilitari tamen sub-
inde, ac tandem interire animas inruditorum ho-
minum, sapientum autem ad vniuersi vsque exar-
tationem durare. Seneca quidem homo Stoicus mor-
talem eam visus est facere loco ante notato: sed
Augustinus Eugubius lib. 9. de perenni Philoso-
phia cap. 12. & 13. cum ostendit immortalitatis as-
sertorem. Plutarchus immortalatem planè fecit in
libro de sera numinis vindicta, & in oratione con-
solatoria ad Appollonium, Et in libro de Roma-
norum fortuna, & in consolatoria ad vxorem, &
alibi. De Platone nihil certius; modò quis apolo-
giam Socratis legerit apud ipsum, à Phydonom,
Phedrum, Timæum, libros de rep. & epistola, pre-
sertim ad Syracusanos: & Plotinum in lib. de anima,
& præcipue in libro de eius immortalitate, & Pro-
clum in Timæum, Alcinoium cap. 18. institutionis
ad eius doctrinam, & Marsillum Ficinum, tum in
eos Dialogos, quos nominati, tum oratione quarta
in Couiuuium cap. 3. tum in corpore de Theologia
Platonis, & Bellarionem lib. 2. aduersus hominis
calumniatorem cap. 7. & lib. 3. cap. 22. & Iambli-
cum, Porphyrium, Chalcedium, Numenium,
Speusippum, ceterosque Platonicos. Quin etiam
Xenocrates & Speusippus sentientem quoque ani-
mam, & Numenitis ac Plotinus vegetantem
etiam immortales fecisse dicuntur.

Sic enim in Phædone ratiocinatur Plato. Philoso-
phari nil aliud est, quam animam à corpore separare:
anima igitur separabilis est; alioqui frustra la-
boraret Philosophus. At nunquam perfectè in hac
vita separatur; & idè nec perfectè vnquam sci-
mus: aliquando igitur eam perfectè separari oportet,
vt perfectam consequamur. Deinde scire nos-
trum nil aliud est, quam eorum remissis, quæ
antea sciebat anima, corporisque mole obruta ob-
lita erat; vt ostendit Socrates Pusionem interro-
gans Geometrica non igitur cum corpore nata est
anima; sed ante illud fuit, postque illud erit super-
stes. Tum verò quidquid sit, ex contrario fit; &
vt mortuum sit ex viuente, ita viuens fieri debet ex
mortuo: post corpus igitur mortuum anima super-
est viuens, eaque rursum ad aliud corpus migrante
fit ex alio mortuo aliud viuens. Post, homo anima
constat & corpore: corpus partibile est & dissolu-
bile, & idè mortale, quia ex elementis concretū
est: anima impartibilis est & indissolubilis, eiusdèq.
cū idæis nature: quia nihil in ea permistū & cōcretū,
nec vlla eius in terris origo reperitur. Naturis enim
hisce nihil inest, quod memoriæ, mentis, & cogita-
tionis vim habeat quod præterita aut futura prouideat,
aut complecti præsentia possit. Cœlestis igitur
est & diuina, ob eamque rem æterna. Præterea
in rerum omnium contemplatione solet anima se
se ad ideas referre, quæ semper eodem modo se ha-
bent; est vtatur sensibus, qui circa res singulas
fluentes & caducas idearum participationes versan-
tur. Duo ergò sunt rerum genera. Vnum aspecta-
bilibus continenterque labentium: alterum inas-
pectabilem & eodem semper habentium modo.
Corpus nostrum primo generi simile est & cogna-
tum, & idè mortale: alteri anima, & idè immor-

talitatis eadèque semper persistens. Quò fit, vt dum
anima ad cōsiderandum quidpiam socium sibi assu-
mit corpus, trahatur ab illo ad ea, quæ nunquam
eodem modo sunt, atque aberret ipsa, perturbetur,
& quasi vacillet ebria. At quoties ipsa per se ipsam
excogitat, confert se ad purum, immortale, eodem
modo se habens, sibi que cognatum, & circa illud
semper absque errore versatur. Constat etiam ani-
mam corpore præstantiorem esse illique præesse, &
imperare; sicut diuina mortalibus præfunt & imperant:
diuinitatis igitur cuiusdam, & immortalitatis
participem eam esse necesse est. Si enim corpus
post animæ recessum non statim perit, sed inte-
grum potest ad multos annos conseruari; animam
diuiniorem naturam credendum non est ipsa sepa-
ratione statim dissolui, sed in alium potius locum
migrare; & vt Plato loquitur, ad bonum sapien-
tè que Deum; si vt par est, præferat corpori; si
minus, ad inferos, vt sit in latè. Postremo animæ,
ceu vitæ, opponitur mors: at vnum contrarium
non potest suum contrarium fieri: anima igitur
mori non potest.

In decimo autem de rep. libro hac fermè ratione
vitur. Cuiusque rei interitus & corruptio à mali-
tia & prauitate illius oritur. Neque enim quod bo-
num est, quidquam destruit; neque rursus id, quod
nec bonum est nec malum. Immo si cuiuspiam rei
malum aliquod insit, quod deteriorem quidem ef-
ficiat, dissoluere tamen non valeat; non propterea
interibit. Animæ verò malum est in iusticia, intèpe-
rantia, timiditas, inficitia, & eiusmodi alia, quæ ta-
men animam non dissolunt, vt non sit anima: si-
cut morbus, malum corporis, ita illud liquefacit &
dissoluit, vt penitus non sit corpus. Quod si pro-
prium cuiusque vitium & malum adferre non po-
test interitum, multo minus adferet alienum. Erit
igitur anima immortalis, etsi purgatione indigeat,
vt ab illis separaretur malis: quæ pulchrè in Phædone
docuit esse illi necessariam, si cum illis malis ex hac
vita decedat.

Sed in Phædone illud adfert argumentum. Anima
mouetur à seipsa: est igitur immortalis. Quod enim
à seipso mouetur, semper mouetur, quoniam nun-
quam seipsam deserit. Nam propterea quod mo-
uetur ab alio, potest aliquando non moueri, quia
potest ab eo deseri. Anima vero propterea est per
seipsam mobilis, quia vitam habet in seipsa insitam,
à qua operationes omnes oriuntur. Quare cū ipsa
nunquam seipsam deserat, vitam semper habebit &
operationem aliquam. At corpus ex se inanimū vitam
nō habet nec operationem, nisi ab anima: & idè quia
potest ab anima deseri, mortale est, & caducum, po-
testq. omnialiquando operatione carere. Hoc argu-
mentū exposuit etiā Tul. in 1. Tuscul. & alijs in locis,
magniq. semper fecerūt omnes Platonici. Sed & at-
tulit S. Athanasius in oratione cōtra Idola. Si anima,
inquit, corpus mouet, nec ab alio mouetur, conse-
quens est ipsam à se moueri, & postquam terræ in-
humatum est, ipsam rursum à seipsa moueri. Non
enim anima est, quæ mouitur, sed ob eius discessum
interit corpus. Si igitur illa moueretur à corpore,
consequens esset, discendente motore ipsam mori.
Quod si anima mouet corpus, multo magis neces-
sarium est sibi ipsam motricem esse: & quia à se mo-
uetur, necessarium est, eam post corporis mortem
viuere ac superstitem esse.

Hæ fermè fuerunt Platonis rationes. Quibus san-
ctè aut parum omnino confectis, aut æque ac huma-

nam animas omnes, vel etiam belluarum ac plantarum, immortales esse persuasit; vt S. Thomas deduxit in 2. lib. contra gentes cap. 82. & quamuis Lactantius Firmianus lib. 7. de diuino premio cap. 8. conatus fuerit excusare Platonem, adiectione quadam sapientiæ in homine, ratione cuius potissimum rationes ex animæ ipsius immortalitatem, non item aliarum animarum, ostendant: verè tamen id non est satis; neque ex hominis rationibus colligitur. Sententiam igitur illius teneas, qua parte animam nostram immortalem esse asseruit; rationes prætermittas.

*Peripateticis
quæque
immortale
sunt
se.*

Eandem Aristoteli fuisse sententiam, hæc aperte ostendunt. Primum in tex. 12. & 13. libri 1. huius operis ex eo vult cognosci animam nostram immortalem esse, si intelligere non sit phantasia, neque ab ea tanquam subiecto pendeat. Hoc enim eo loco agebat, dum quaereret, num omnes animæ affectiones sint animæ, corporique communes, an aliqua solius animæ propriæ: & Themistius atque Philoponus illud (sine phantasia) hoc est sine ministerio, vñ, & instrumento corporis, interpretati sunt. At in tex. 65. intellectionem ostendit solius animæ propriam esse; quia non debilitatur, neque corrumpitur, debilitato aut corrupto corpore. Et in 2. libro de animalium ortu cap. 3. cum ea nihil habere commune corporis vllam actionem. Quæ circa Philoponus in commentario illius tex. 13. & Simplicius in textum 66. exemplo gubernatoris in nati animam quoque nostram ostendunt duo habere operationem genera: has quidem vt in corpore, quemadmodum mouere corpus & viuificare: has autem vt ipsius proprias, ratiocinari & intelligere: quæ in se ipsas retorquentur, inquit Simplicius, & nobiliora contemplari possunt, atque ipsius veri proprii perceptores sunt; vt quæ omnem formam cognoscunt multaque proprietates in vnum quid impartibile contrahunt: Ac priores quidam inseparabiles esse, quia sine corpore constare nequeunt; posteriores autem separabiles, quod corpore non indigeant: atque ex his substantiam huius animæ demonstrari separabilem esse affirmant.

2. Deinde in eodem tex. 65. intellectum ait idem Philosophus innasci nobis substantiam existentem quandam, & non corrumpi. Innasci autem Simplicius & Philoponus interpretati sunt non educi ex corpore materiæ; sed aliunde aduenire, & in nos ingredi. Et tex. 66. impartibilem esse & diuinius quid, intellectum autem rationalem animam appellari, idem illi confirmant interpretes. Sed Philoponi verba ad textum 65. prætermittenda non sunt. Sic enim habet. Intellectum penitus esse immortalem dicit Quapropter Alexander, cum quæ ab Aristotele peripateticè dicta sunt, perspicere non posset, intellectum ipsum esse immortalem fatetur. Non enim aliam expositionem inuenit, quæ litteræ quadraret scopoque suo consonaret: & hic intellectum esse immortalem dicere Aristotelem fatetur eandem prorsus sententiam repetit idem interpretes, eandemq. Alexandri confessionem inculcat in com. tex. 92. vbi Philosophus ne fingi posse ait quamnam corporis partem intellectus contineat.

3. Rursus in 2. li. de animalium ortu c. 3. dū exponit Philoponus quomodo anima producat; an actione feminis educatur ex materia, an ad corpus aliunde accedat; cæteras quidem animas responderi à feminis ex materiæ potestate produci, mentem autem

A forinsecus aduenire, solamq. diuinam & separabilem esse. Verum in vtroque etiam loco necessarium vitur argumentis. In altero; quoniam non debilitatur in senio, quemadmodum cæteræ facultates corpore; sed viget magis. In altero, quoniam operari non habet abstracta, in qua nihil habet comune corpus, corporis ite instrumentum. Ex quo illius quoque substantiam consequens est à corpore abundante esse, & ideo ab eo separari & absq. illo operari posse.

Verum in 10. libro de moribus ad Nicomachum cap. 7. & 8. an non intellectum in nobis aliam diuinam quidpiam esse, atq. ex ijs, quæ in nobis sunt diuinissimum? Quare duas fecit hominis vias, duplicem operationem, felicitatemq. duplicem. Alteram quidem vitam hominis, quæ homo est & compositum quidpiam; atq. operationes qualesdam, quæ illi hac ratione & in hac duntaxat vita committuntur. In quibus, si ex virtute fuerint felicitatem alteram posuit, de qua in 1. egerat libro. Alteram vero vitam & operationem, quæ diuinum quidpiam est, mente & intelligentia præditus. In quibus theoreticam agnoui felicitatem, de qua eo loco dicitur: eamq. in clara & perfecta Dei & abstractarum substantiarum cognitione posuit. Hanc habere nunc non possumus, dum intellectus noster festinans à corporis mole obrutus est, vel vt perperitiam oculis ad lumen dei, vt est in 2. lib. Metaph. text. 1. Alteram igitur esse oportet illius conditionem, quibus a corpore puriorem habeat, sinceramq. magis operationem. Aperitissimus est hic locus. Si enim anima interiret cum corpore, nunquam hominis suæ ac theoreticam hæc felicitatem consequeretur, eamq. nobis felicitatem proposuisset Philosophus, qua potiri nunquam possemus. Quod vero duplicem hominem fecit, & secundum compositionem secundum mentem, duplicemq. eius vitam: mixtæ cum eo consensit, quod Trinitatis & Platonia tradiderat. Vterq. enim alterum hominem mortalem fecerat propter corpus, alterum immortalem propter animam. Et Plato item in Timæo duos eius dixerat creatores, animæ supremam Deum, corporis Demones seu minores Deos.

D Aperitissimis hinc Philosophi locis alia possum plurima subijci: in quibus lectorem velim oblectare, aut conceptis verbis immortalem intellectum dici neque cum corpore interire; aut immortalem existeri, inorganicum, minimèq. permutatum cum corpore; ex quibus necessario consequens est immortalem eum esse. Contra in nullo eorum, quæ ab aduersarijs afferuntur, dictum vnquam fuisse mortalem eum esse, aut pronuntiatum quidquam, quod cum eo sit necessario coniunctum. In primo igitur libro de anima tex. 49. melius est, inquit, intellectu non cum corpore esse. Quæ verba ad ostendendum quamlibet rationalem animam à corpore separabilem esse Simplicius admodum pertinere. Laboriosissima enim res esse videtur, quam Themistius, detineri animam arceriq. corpore tanquam neruis & vinculis: cum soluta corpore & cetera futura sit, & suis opibus vt liberius & vegetius possit.

E In tex. 82. impossibile est aliquid esse intellectum melius. Rationi enim maxime consentaneum est hunc antiquissimum esse & natura dominum. Nimirum quia separabilis est, inquitur Simplicius & Philoponus, qui propterea his verbis Philosophus dicitur rationalem animam separabilem esse docuisse. Omnes namq. intelligens est immortale & abstractum.

abstractum; & ideo tum dominatur materia, tum ab ea separabile est.

7. Hinc autem simile est illud in tex. 6. libri 3. ubi intellectum dedit impermixtum cum corpore esse oportere, ut dominetur, & intelligat omnia. Si enim sensus alligatus materiae non nisi res materiales & singulas potest cognoscere: intellectum necesse est immaterialem & abstractum esse, ut immateriales quoque universas, & abstractas comprehendat. Semionem autem esse de intellectu, qui anima nostrae facultas est, tum interpretes consentiunt, tum ex tex. primo manifestum est; ubi de intellectu, quo anima cognoscit & sapit, dicendum proposuit. Non ignoro respondere quempiam posse, humano intellectu diuinum esse meliorem, de quo hoc in memorato tex. 32. sermonem esse. At praeterquam quod de intellectu illo agebatur, qui facultas est anima; meminisse oportet verborum, quae in 10. lib. Moralium ad Nicomachum extant cap. 3. intellectum nostrum *ἡμῶν ἀνεπιπέδον*, propinquissimum & ex eodem genere esse; quod quae de illo pronuntiat, proportione quadam de hoc quoque intelligi oportere.

8. Sed & in tex. 92. eiusdem primi libri de anima aduersus Platonem disputans, qui animam intelligentem ponebat in cerebro, illud obiecit; Ne fingi quidem posse quamnam partem & quomodo intellectus contineat. Quare manifestum est, immaterialem eum esse, incorporeum, inorganum, inextentum, & immortalem. Et verè Themistius ac Philoponus animam nostram immortalem & separabilem esse ex hoc loco demonstrarunt. Aq. Themistius quidè Aristotelem adorauit in eo cum Platone contentis, quod immortalem esse vterque intellexit verum discrepasse in eo, quod eam alter in prima hominis molitione in habitaculum proprium condidit, alteri forinsecus accedere visa est. Philoponus autem Alexandrum obseruauit, cum non posset hunc locum effugere, nec haberet quidquam, quod responderet. (non enim loquitur Philoponus iam de intellectu diuino; sed de eo, qui pars animae est silentio eum praeteriisse. Manifeste, inquit ille, per haec intellectum à corpore separabilem dicit: quod si hoc, immortalem quoque eum esse fatetur: quod & ipse saepenumero dixit, & nos huius rei vsus in proximis proposuimus. At Alexander hoc in loco cum penitus dubitasset, quid esset huiusmodi considerationis propriū dicere, silentio locum praeteriit.

9. Porro in tex. 11. libri 2. idem ipse Aristoteles quaedam animae partes à corpore separari haud posse affirmavit, quod actus sunt ab eo pendentes: alias tamen posse, quod nullius corporis actus ita existant, ut ab illo pendeant; quod actus per se subsistens sit, minimèq. ab eo pendentes, cuius actus sunt. Prioris generis actus certus est vegetantè ac sentientè animas esse: ad posterius autè intelligentè pertinere fatebuntur interpretes. Themistij namq. verba sūt illa, Nec tamen ratio vlla prohibet haberi aliquam animae partem, quae à corpore absoluta sit: qualis ea, quae neque corporis totius, neque partis alicuius ita est actus, ut forma & figura ferri. Qualis videtur intellectus esse. Et Simplicij illa. Ex huiusmodi loquutione demonstrat, quo separabile esse animam rationali cōperit. Ac demū Philoponus Alexandrū quoque testatur coactū fuisse hoc loco dicere Philosophum videri dicere separabilem intellectum esse.

10. Per similes locus est in t. 12. in quo theoreticū intellectū scripsit aliud animae genus esse; atq. hoc solū se-

A parari posse, sicut perpetuū à mortali. De quo intellectu ostro, nō de diuino, sermonē esse; ostendit aduersus Alexandrū Philoponus, tū eo loco, tū in com. t. 89. lib. 1. Neq. enim de diuino dixisset Philosophus nihil adhuc manifestū esse: quippe alterius generis eū esse cōstabat; nec solū separari posse, sed re ipsa separatū subsistere, deinde manifestū est de intellectu illo sermonē esse, qui animae facultas est. Quoniam in t. 19. dubitatio fuit proposita, nū partes animae sint ab inuicē separabiles: & cum in t. 20. de ceteris partibus respondisset, mox in t. 21. de intellectu subiungit; eumq. apertè ait aliud animae genus esse; quod de intellectu diuino dici non potest. Merito igitur Philoponus Manifeste, inquit, per hoc & esse alterius substantiae intellectū, & à corpore separabilem atq. immortalem demonstrauit. Siue enim de separatione à corpore siue à ceteris animae partibus interpretetur; perinde immortalem eū esse cōficiet, quemadmodū in illi loci cōmentario adnotauim.

B In 3. lib. aggrediens de seorsim dicere, principio dicendū proponit de ea animae parte qua anima cognoscit & sapit. Quo loco aliter de intellectus operatione loquitur, quā de ceterarū animae partū operationibus loqui cōsueuerit. Ceteras namq. operationes cōiuncto toti cōmunes neq. animae, sed toti homini tribuendas esse voluit: ut perinde sit dicere irasci animam aut eiusmodi operari, ac si texere aut edificare diceretur, quemadmodū in tex. 64. libri 1. exposuit. Hanc vero soli animae attribuit; animā inquit intellectū cognoscere & sapere, quod sola haec animae pars innascatur nobis, substantia per se existēs; ut subiungit in tex. 65. & diuiniore quae prius natura sit, in tex. 66. neq. eū eius actione cōmune quidquam habet corporis actio, ut est in 7. lib. de animalium ortu cap. 3.

C Deinde incompatibilē eū esse subiungit in t. 3. Physica & corrumpente passione. Quae verba ne ad agentē intellectū detorqueres, sed de patibili accipienda esse intelligeres; adiecit illa verba (susceptivè autè forme & potestate eiusmodi). Quod si incompatibilis est, separabilis quoque & immortalis fuerit.

D Quocirca in t. 7. hoc nomine intellectū à sensui separat, quod sensus à vehementiori sensibili magno perire laeditur, ac dissolvitur, neque deinceps operari potest; intellectus autè perficitur magis atq. ad intelligendū acutur à vehementi intellectibili, meliusq. postea intelligi cetera. Ex quo verè sensum conficit sine corpore esse nō posse, sed eū eo simul interire intellectū vero separabilem esse. Intellectus, inquit, Simplicius, eū sit ab omni corpore separabilis, nullā in re indiget mutatione aut corporis passione. Idcirco neq. impeditur ad cōtēplationē inferiorū subeūdā, cū ex propria actione ea quoque quae praestantioribus deueniant, recipiat. Et Philoponus in Theoria tex. 1. sensus corrumpitur ab excessibus, rationalis autem anima magis ab excessibus exercetur, quod immortale eū declarat, neq. enim vnquā corrumpitur. Et omnino ex hac sensus & intellectus differentia intellectus immortalitatem voluit demonstrari.

E Sed aliud eiusdem rei argumentū est in t. 4. eo enim loco intellectū probat Philosophus impermixtū esse oportere, hoc est ab omni materia reque corporea separatū, quemadmodū in quiebat Anaxagoras, ut tanquā melior ac diuiniore natura dominetur omnibus & intelligat omnia hūcque esse intellectū patibile seu patientē, statim addit in t. 5. Pluribus hanc argumentationē in illius loci com. persequimur sumus.

33 Nūc interpretū audias verba. Rectē, inquit Themis-
 34 tius, Anaxagoras quāsi somni abundus de intellectu
 35 sensisse videtur, cum simplicem illam, sinceram, in-
 36 temperatūq. diceret, & ab omnium rerum, quas
 37 cognosceret, natura communicatūq. alienum. Ita
 38 enim fieri, vt quā facillimē omnia intellectu com-
 39 prehendantur, si nulla familiaris forma habeatur,
 40 quæ aditum cæteris tanquam peregrinis & aduen-
 41 titijs præcludat. Est enim, ait Simplicius, mutua que-
 42 dam in formis oppositio, per quam quod ex quavis
 43 earum perficitur, impeditur ad receptionem aliarū;
 44 cum ea, quæ insit, obrudat, & se se opponat omni-
 45 bus illis. Itaque concludit Philoponus, si vis intel-
 46 lectum intelligere omnia, eum à materia impermi-
 47 stum præsupponere oportet. Si enim cum dixeris ex
 48 materia, eam non intelliget. Porro argumentū hoc
 49 magnificidē interpret in Theoria t. primi, pro-
 50 priūq. appellauit. Ostendemus, inquit, proprio
 51 quoq. argumento esse animam æternam. Si omnia
 52 intelligit anima est, æterna. Neq. enim si sit corpus,
 53 potest omnia intelligere: neq. si forma materialis;
 54 quæ instrumento vtatur corpore. Nam si eo vtitur
 55 instrumento, instrumentum non intelligit. Et alio-
 56 qui instrumentum confertilli, cuius est instrumen-
 57 tum; corpus autem animam impedit ad operan-
 58 dum: non est igitur eius instrumentum, Hæc illi
 59 pro animæ nostræ immortalitate.

At rursum in tex. 6. probat Philosophus intelle-
 ctum incorporeum esse: tum quia si corporeus
 esset, qualitibus corporis afficeretur; atq. cum eo
 simul caleferet & refrigereretur, quando celestis,
 refrigeratur corpus: tum qui organo aliquo corpo-
 rea ad operandam vtetur, quemadmodum vtitur
 sensus. At neque corporeis afficitur qualitibus,
 neq. vllō vtitur corporis organo. Est igitur natura
 profus incorporeus. Quod si incorporeus est & in-
 organicus, necessariō consequens fuerit, separabi-
 lem eum esse & immortalem. Quod neque à cor-
 pore pendeat, sed liberam & solutam substantiam
 habeat; neq. corporeis qualitib' lesus corrūpatur.

16. In tex. autem 8. duo alia immortalitatis argumen-
 ta continentur. Alterum, quod intellectum habitu
 sibi ipsi dicat sufficientem ad operandum esse. Alte-
 rum, quod eum affirmet seipsum quoque intellige-
 re posse. Etenim si solus est sibi sufficiens ad ope-
 randum, habet igitur operationem propriam, cum
 qua separari à corpore possit & operari. Quippe hæc
 fuit certissima in hac questione Philosophi regula;
 si propriū habet operationem, quam sine corpore
 valeat exercere, separari vtique potest; si non habet,
 non potest. Ac rursum si potest in seipsum redire,
 seipsumq. intelligere, immaterialis igitur est, liber &
 independens à corpore. Sensus enim materialis &
 cum corpore complicatus nullo modo nec vllō
 vnquam tempore seipsum sentire potest.

17. Ex t. autem 12. multis modis hæc eadem immorta-
 litas concluditur. Si intellectus, ait Philosophus,
 simplex est & impatiibilis, nihilque cum vllō habet
 commune, vt inquit Anaxagoras; quoniam modo
 intelligit, si intelligere pati quoddam est. Quia enim
 commune quidpiam est ambobus, hoc quidē agere
 videtur, illud autem pati. Primum namq. si intelle-
 ctus est simplex igitur immortalis: Simplicia enim
 Aristoteli sempiterna sunt, quod interitus principio
 careant. Propterea rectē, inquit Themistius cap. 21.
 Anaxagoras intellectum simplicem esse & expertē
 materię arbitratus est. Deinde si impatiibilis est
 physica & interimente passione (impatiibilis autem
 est, quia simplex & materię expertis) incorruptibilis

A igitur fuerit sempiternus subsistet. Tam vero si nihil
 cum vllō habet commune, alienamq. à materialibus
 omnibus rebus naturam obtinet; caret igitur mate-
 ria, caret corruptionis principio, neq. ab vllā mate-
 riæ causa potest extingui: quippe omnis cor-
 ruptio circa communem versatur materiam, & vt ma-
 terialia cuncta sunt sempiterna, ita & intelle-
 ctus est. Denique in his omnibus consentit Philo-
 sophus cum Anaxagora, quem constat separabilem
 atque immortalem intellectum fecisse.

Deinceps in t. 15. Intellectus, inquit, est intellectu-
 lis quemadmodum intellectuilia; hoc est immateria-
 lia. Quoniam in his, quæ sunt sine materia, idem est
 quod intelligit, & quod intelligitur. Materialia ve-
 rō potestate dicuntur intellectuilia in t. quia eorum
 forma abstrahi à materia debet. Intellectus igitur
 immaterialis est; & idē separabilis & immortalis.

At in t. 17. intellectum agentem differentiam ha-
 bet & partem animæ nostræ: cumq. in t. 19. separabi-
 lem, impermissū, impatiibilem, & in t. 20. immortalem
 & sempiternū proclamat. Quod si ita est, animā quoq.
 illā, cuius is facultas est, eiuſmodi esse necesse fuerit
 Neq. prætermittendus est t. 45. posterioris libri de
 ortu & interitu: in quo Empedoclem grauius re-
 prehendit, quod animam ex elementis conitate cre-
 didisset. Quoniam si ita esset, alias, quàm corporeis,
 affectiones atq. operationes non haberet. iam ven-
 esse musicum, reminisci, & id genus alia, meliores
 multo sunt, nec eorum vlla corporea est. Quod si in-
 corporea & immaterialis est anima, erit & immor-
 talis, vt iam sæpe deduximus.

Addendum etiam ca. 1. lib. 1. de partibus animalium.
 Quo loco intelligentem animam, vt est intelligens,
 ad naturalem Philosophum probat non pertinere
 tum quia naturalis motus principium non est; sed
 intellectiōnis, quæ diuiniore exitit operatio: tum quia
 non est generationis terminus, sed immaterialis &
 abstracta substantia. Ex quo loco duo habemus
 Alterum, animam hanc habere sibi propriam ope-
 rationem, quæ naturalis non sit, sed diuina, ratio-
 ne cuius separatur. Alterum, substantiam eius ma-
 terialem non esse, ne in quā ex materia educam, nec
 ex ea pendente; sed spiritalem, abstractam, & in-
 sistētē: & idē immortalē atq. à corpore separabilem.

D Et ca. 10. lib. 2. in quo hominem esse animā
 nobis cognitis animalibus diuinitatis esse partici-
 pitem, aut certē omnium maximē. At quoniam in
 nobis, quàm in cæteris, maior diuinitas; nisi ex intel-
 ligente natura, immateriali, abstracta & immortali
 animæ nostræ?

Propterea in extremo tex. 1. lib. 6. Metaph. natura-
 lis Philosophus versari dicitur circa substantiam phi-
 rumque ratione solū separabilem. Sole enim intel-
 ligens anima est, quæ re ipsa quoque separatur.

Quocirca in t. 2. naturalis, inquit, est agere de com-
 ni anima, quæ cūq. nō sine materia. Quæ dā enim est
 quæ immaterialis est & abstracta natura: de qua si
 nō agit absolute vt intelligens est, sed solum per ce-
 dinem ad materiam, cuius est actus.

Et in 12. eiusdē operis lib. cū in t. 16. dixisset nullam
 formā antecedere posse materiā seu corp' , cuius sit
 forma; subiicit hæc verba in t. 17. si autē aliquid po-
 tētius permanet, considerādū est. In quibusdā enim
 nihil prohibet veluti si anima eiusmodi sit; nō om-
 nis, sed intellectus. Quæ locū vt aperte de formate
 forma loquentem Alexander ipse de anima
 interpretatus est, solāque rationis expertes animas
 mortales esse confessus est.

36. Denique vniuersa penè Philosophi doctrina moralis ac civilis niti videtur certissimo hoc immortalitatis fundamento: beatitudinemq. nostram in clara & intuitiua separatarum mentium cognitione versari voluit. Quam in hac vita, dum per corporis sensus cognoscimus, conlequi nos posse negauit.

37. Illaque ipsa loca, quæ ex primo & tertio ad Nicomachum libro obijciebatur ab aduersariis, hæc imprimis confirmant. Dum enim mortuos nullum scripsit habere doloris sensum, neque ad illos ea pertinere, quæ hic apud nos geruntur, mortuos planè seu mortuorum animas putauit esse, quæ tamen sentiant nihil, quod careant corpore, in quo sensus omnis. Alioqui aperta est illa sententia: Videtur enim ex his, etiam si pertingat ad ipsos quidquid, siue bonum, siue contrarium, exile quoddam & paruum id esse, vel absolute & simpliciter, vel ipsis. Sin minus, tantum saltem ac tale, vt neque felices eos, qui non sunt, facere; neque eos, qui sunt, priuare felicitate possit. Quibus verbis duo planè affirmat. Alterum est, mortuorum animas esse, atq; à corpore solutas subsistere. Alterum, mortuos propterea dici non affici, quæ hic geruntur, quòd aut nullum aut exiguum eorum sensum habeant, vt neque ex illis beati, neque miserè euadant. Aut cum homo anima cõstet & corpore, bonum aut malum superfluis animæ non putauit bonum aut malum hominis dici posse. Exponet homo Platonice peripatetici nostri sententiam. Cùm apud Xenocratem in libro de morte doleret moribundus Axiochus, quòd bonis omnibus priuari morte deberet, putrefcereque & in vermes conuerti: grauior illum his verbis reprehendit Socrates. Vt in rep. Draconis vel Clitensis nihil tibi contingit mali (tu enim non eras, circa quem esset malum) sic post mortem nullum tibi aduersum. Tu namque non eris, circa quem futurum sit malum. Id igitur cõsidera, quòd dissoluto eo, quod compositum fuit, animaq. in locum primum abeunte; hoc, quod restat, terrenum & irrationale corpus, homo nullo modo est. Eadem enim modo Aristotelem quoque credendum est fuisse loquutum. Inde verò est, quòd tantopere timeretur mors malumq. maximum iudicaretur, quoniam hominis dissolutione adfert. Et quamuis à forti quoq. viro timeatur, eum tamen vultidem ipse philosophus pro patria mori. Quod sanè sustinere non deberet, si anima simul cum corpore interiret.

Plura fortasse veritatis amator, & qui nullius in verba iurauit, obseruabile est. Verùm ex his, quæ hæcenus commemorata sunt, manifestum est Aristotelem non solum immortalitatis assertorè fuisse, verùm etiam demonstratorè. Demonstrationes autè fuerunt, tum à priori, tum à posteriori. A priori illæ. Intellectus est simplex substantia (cùm intellectum audis, intelligentè intelligas animam) igitur est immortalis & sempiternus. Intellectus est intelligens substantia, immortalis igitur & sempiternus. Intellectus est immaterialis; igitur immortalis & sempiternus. Intellectus non est cum corpore permixtus, neque a ctus à corpore pendens, immortalis igitur & sempiternus.

A posteriori autem hæc. Intellectus propria habet operationem, in qua corporeo non vitur organo, igitur cum ea separari à corpore potest & operari. Intellectus intelligit omnia, vel etiam materialia & corporea, substantiam igitur habet à materia corporeis que rebus separata & liberam. Intellectus in se ipsum redit, seipsumq. intelligit, immaterialis igitur

A & spiritalis substantia est. Intellectus non calefit, neq. refrigeratur calefacto aut refrigerato corpore, neque viliis afficitur corporeis qualitatib. incorporeus igitur est atq; ab omni corporis conditione immunis & liber. Intellectus à vehementib. obiectis intellectu non corrumpitur, quemadmodum à vehementib. sensib. sensus, sed confirmatur magis & expectacior atque acutior ad intelligendum sit, immaterialis igitur & incorporea natura est. Intellectus imbecilliori factò corpore imbecillior nequaquam fit, neque senio debilitatur, quemadmodum sensus & virtutes omnes, quæ per corpus operantur, incorporeus igitur est, incorruptilis, non pendens à corpore, & immortalis.

B Itaque non verebor Eustratij ac Philoponi grauisimorum interpretum verbis vti. Quorum alter interpretationem faciens cap. sexti lib. 10. Moralium ad Nicomachum eos affirmauit, qui Aristoteli dicunt animam nostram opinatum fuisse mortalem esse, nihil prorsus dicere. Alter in commentario tex. 65. lib. 1. huius operis de anima, calumniantur, inquit, quicumq; Aristotelem rationalem animam mortalem dicere suspicantur. Et in eom. tex. 66. dementes eos ait omnino esse, qui Aristotelem dicunt mortalem hanc animam esse iudicasse. Porcius verò egregius Platonius in libro de immortalitate cap. 11. neminem fore sanæ mentis, qui de hac immortalitate dubitet. Solus Alexander visus est mortalem facere. Sed & Philoponus ad textum 65. citatū testatus est coactum eum fuisse immortalè fateri textatq. locus ex comm. 12. li. Metaph. paulo ante indicatus. Et Augustinus Eugubinus in 9. lib. de perenni philosophia cap. 21. & 22. ex plurib. aliis locis illū ipsum ostendit immortalitatis assertorè; solasq. corporeas animas fecisse mortales, igitur autem immaterialem, incorpoream, immortalem, & intellectum segregatum, impatibilem, & impermixtum; eumq. primum quidem agentem intellectū fecisse Deum; sed alterum quoq. minus primatiè agentem esse in nobis, immortalè & ipsum. Et inter cetera Alexandri loci adfert in 2. Proble. vbi bonas corporis temperationes ostendit bonas efficere naturales vires, bonasq. animæ operationes. Si quis, inquit, deprauato sit cerebro propter intemperiem, rationalis tamè anima per se immutabilis permanet propter immortalitatem. Sed quidquid sit de Alexandro, et si solus secus sentiret, ceteri tamen in asserenda immortalitate consentiunt. Vt veritas hæc de diuina & immortalis animorum nostrorum natura à Moyse & Hebreis ad Egyptios & Chaldaeos, inde ad Græcos & alios omnes deriuata sempitèr. magis confirmata sit. Sapienterq. scripserit Plato, fidem, quòd animi nostri sint immortales, quòd post discessum à corpore uiuant & vigeant, longè antiquissimam esse; vt ob vultustatem recipienda sit magis; non solum quòd tot sæculorū auctoritate sit confirmata; sed etiam quòd vetustiora sunt meliora, Dijsq. propinquiora. Antiquis enim sacrisq. sermonib. vt in epist. ad Dionis propinquos & familiares idem loquitur, adhibenda semper est fides, quæ animam nobis immortalè esse declarant. Et Aristoteles in primo lib. de anima tex. 49. intellectum esse sine corpore cõsuetum est dici & multis placet. Et Iulius, Vt D eos, inquit, esse naturam opinamur, qualèsq. sint ratione cognoscimus, sic permanere animos arbitramur consensu nationū omnium. Hierocles autem Pythagoricus eos affirmat, qui maximè velint mortalem esse animum, prudètes non esse ac sapiètes; sed impuros, scelestos,

Alexander mortalitatis assertor.

C
D
E

HHH

quiq. libidinib. & omni vitæ turpitudini se dederunt, neque humanam, sed bestialem degant vitam sequere virtutem se amare doceat, aktutè potius, quam verè loquantur. Ita sanè est. Non enim, inquit, vult im-
 » probus animam suam immortalè, ne ad conspectù
 » illius iudicis æqui torquendus panis adueniat: itaq;
 » seipsum potius morte condemnatur. Hanc solam
 » malorum medicinam inuenit, putare animã nostrã
 » post mortem nihil fore, & anihilatione animã suam
 » malitiam curat & solatur. Nullũq. vt est apud Pla-
 » tonem in 12. lib. de Legib. potest Deum firmiter
 » colere, qui animam immortalè esse non crediderit.
 » Itaq. 10. de rep. lib. ita concludit; Quamobrè immor-
 » talem fore animã arbitantes, talẽmq. vt mala possit
 » & bona omnia sustinere, viam semper ad superiora
 » ducentè sequemur, iustitiamq. cum prudentia omni
 » ratione colemus: & nobis ipsis simus & Diis amici,
 » dum hanc dicimus vitam. Est postquã virtutis præ-
 » mia reportauerimus, tanquã positi victoria &
 » triumphis, & hæc, in Millenario annorum itinere
 » feliciter habeamus.

Cæterum exponenda & sunt Aristotelis loca, ex quib. mortalitatẽ aduersarij deducebant: non quod vsquã is eam significauerit, sed vt grauè ipsi aliq. sui erroris viderentur habere patronum. Quod si ea conferantur cum illis, in quib. apertissimè immortalitatẽ & asseruit & demonstrauit, eos intelliget vnũ quisq. non veritatis ac peripateticæ sententiæ cognoscendæ studio, sed vt eam obscurarent, minũsq. cautis lectorib. fucum faceret, ad philosophi scripta peruolutanda ductos fuisse. Namq. sicut in extremo 1. Phyl. lib. naturalis philosophus de mortalib. formis agere dicitur, alibi propositionẽ eam interpretatur est, plerũq. non semper intelligendam esse. In initio enim lib. 6. Metaph. naturalẽ ait versari circa substantiam ratione solũ plerũq. inseparabilẽ. Et tex. 3. lib. 8. formarũ quasdam separabiles esse, quasdam nõ separabiles. Et tex. 17. lib. 12. formã quidẽ vnũersẽ superstitẽ non esse dissolutõ coniuñctõ, aliquã tamen, nõ per intellectũ, posse esse. Aut si physica omnẽ formam corruptibilem & mortalem esse oporteat, erit quoq. intelligens anima: non absolutè & substantia sua, sed quatenus forma physica est, id est vt materiã format & dat esse corpori, illũq. gubernat & mouet. Non enim hæc perpetua sunt, sed aliquando desinunt, animãq. à corpore separata potestate duntaxat, nõ actu est forma. Itaq. aliud est Aristoteli $\psi\chi\alpha$, aliud $\nu\omicron\upsilon\tau$, & omnis quidem $\psi\chi\alpha$, corruptibilis est & mortalis, quippe nulli est, quæ perpetuò animat corporisq. perfectio sit, ne ea quidem, quæ intelligẽs, vt est. At $\nu\omicron\upsilon\tau$ incorruptibilis est, & immortalis: animãq. intelligẽs, vt est forma physica, $\psi\chi\alpha$, & actus corporis, eiuẽdẽ cum animab. & formis cæteris generis est, eodemq. modo perficiẽs & dans esse corpori, eodẽ idẽ modo corruptibilis est & mortalis. Verũ vt est $\nu\omicron\upsilon\tau$, & immaterialis substantia, & intelligens, alterius nimirum existit generis, & tanquã perpetuum à mortale separatur. Quamquam & totales elementorum formæ & cælestis forma (si cælum materia constet & forma) immo & illius accidentia obijci possũt, quæ corporales formæ nõ sunt. Deniq. responderi posset physica omnẽ formam, quæ verè physica sit, hoc est per physicum acquisita motum, corporalẽ itẽ esse: quoniam sua natura terminus mutationis est. Eiusmodi verò intelligentem animam non esse. Eodem modo intelligenda sunt ea, quæ in 2. Phyl. libro dicuntur, naturalem formã non nisi ratione separari posse, physica Mathematicis minũs esse abstracta, physicũq. de ijs agere, quæ sola ratione se-

parantur. Aut enim plerũq. aut ex materia parte, hanc esse naturalũ rerum conditionẽ alterant, aut de physicis rebus vt physica sunt, non vnũcũq. de quouis modo, hæc omnia pronuntiant. Neque naturalis forma, sed vt immaterialis, intelligens & subsistens.

Eadem posset esse responsio ad locũ ex 4. operis libro propositũ. Verũ illud quoq. auertant aduersarij; propterea Philosphũ volũtẽ locũ non esse formam, quod locus à loco corpore separatur, dum & multa in eodẽ sibi loco sunt corpora, & plura circa idẽ corpus mutantur. Forma verò aut nullo modo separari potest, nisi quæ separatur, nõ ita separatur, vt in columnis permaneat, quæ admodũ separatõ loco permanentis corpus. Hoc sibi Philosphum argumẽtatione volũtẽ, ex eo intelligas, quod eodẽ argumento locum conficit materiã non esse: quia etiã separatur atq; abolita forma subsistat, non ita tamen separatur vt locus. Siue igitur materia separatur, siue locus, locus tamen neq; materiã est, neq; formã, quia non ita separatur, vt in columnis res permaneat: sed intelligente anima recedente dissoluitur, & perit bonum.

Propositio autem illa lib. 3. de Cælo, quæ physica omnis substantia dicitur esse corpus, vel cõceptõ gigni, aut intelligẽda est plerũq. ita esse, vt dicitur est. Quoniam præter rationale animã est forma Cæli (si corpus illud ex materia & forma composita sit) & forma elementũ in tota sua vnũersitate accepta: quæ sanè physice sunt, nec tamen generalibiles. Aut rationalis quoq; anima quoquo modo dici potest cum corpore generari, dũ cum eo per dispositionẽ à naturali agente productas coniungitur, illiũq. ratione homo sibi simile dicitur procreare. Etenim materia quoq. generalis dicitur & corruptibilis, dum ortus atq; interitus subiectum est, et substantia ipsius oriatur nunquã nec accidat, neque corpus sit, & inter physicas tamen substantias numeretur.

Dixit sanè non semel, ex nihilo fieri nihil: ac tamen intelligẽtẽ animam voluit ex materia educti quippe omne intelligẽs immaterialẽ esse non ignorauit. Propterea secus omnino, quæ cætera animas, eam produci, neq; actione feminis ex materia educi, sed forinsecus aduenire, his ipsi verbis docuit in 2. lib. de animalũ ortu, & innatũ nobis substantiã per se subsistentẽ, in 1. de anima. Itaq. duo affirmaret. Alterum, creationẽ, quam ex nihilo productio significat, propriè rei esse perfectè & integrè substantiæ ex nullo antecedente subiecto productionẽ, sicut eductio ex materia est materialis, in existentiã & extensã formæ procreatio. Intelligẽtẽ autẽ animã dici posse creati. Tum quia nõ est integrũ ens & perfectè subsistens. Tum quia dum hæc est productio duntaxat partũ, supposita altera, visum illi non esse esse productionẽ prius ex nihilo, etiã ex altera parte non producat, sed in ea solũ suscipiatur, & cum ea vnietur. Alterũ, ex intellectõnis quõstõ conuersione in seipsũ & similib. cognouit Philosphũ animam hanc immortalẽ esse, vt ea manifestè ostendunt, quæ antea cõmemorata sunt: duo tamen penitus ignotasse, quod ex sensib. philosphando casu qui ea non possent. A quãnam iniquã efficiẽtẽ causã & quomodo producat, quomodo habeat, & quomodo separata, vbi degat, quomodo intelligat, & alia.

Dicitur enim

Exponitur Aristotelis loca circa immortalitatem.

1. Phyl. 2. 83.

2. Phyl.

alia, quæ ad eum statum pertinent. Fieri enim potest, vt de vna conclusione sis certus, deq. aliis pluribus dubites, quæ cum ea coniunctæ sint.

Idem de infinito dici potest. Nisi & illud addatur, quod in 2. lib. fuit antea plurib. explicatū, & rursum post docendū erit, cum in rebus solum corporeis & permanētib. non in spiritalib. & successiuis, infinitū impugnasse. In spiritalib. namq. non numerus, sed transcēdēs potius multitudo nominatur: eaq. non absolutē, sed secundū quid & imperfectē infinita, quoniam præsentī tempore terminatur anima illa victima, quæ nunc producata fuerit.

Tam locus 6. libri Phys. accuratē aduersus Alexandrum à Simplicio in propria digressionē tractatur. Quare aut eam, quam dixit, explanationem habebit, philosophū in hac quoq. animæ separationē à corpore dubiā atq. incertā habuisse sententiā: neq. satis intellexisse, aut certē nobis nō exposuisse, quemadmodum ea separatur. Nec enim sensus habuit in hac cognitione duces. Aut propriū nullā difficultatem cōtinēbit. Tum quia dum eo loco de physico motu ageret, de impartibili quantitate rebūq. materialibus loquebatur: non itē de impartibili immateriali, motūq. improprio & metaphoricō. Tum quia eadem est de Angelorū motu difficultas, quos tamen aliquo modo moueri constat, quam non est huius loci proponere. Sat fuerit intelligentē animā dixisse à corpore liberari, non quod de loco ad locum moueatur, quemadmodū vnum corpus ab altero separatur: siquidē nec per se est in loco. Sed quod designat formare corpus, & vt loquitur Simplicius, non suscipiat corpus eius splendorē, sed per seorsim existat aut in cælo aut alibi, quod aut ibi vitione Dei fruatur, aut diris hęc crucietur penis. Nam & angelos ita dicimus propter operationē de cælo ad locū moueri. Separationem porrō illā alteratio quidē aliqua antecedit, sed ea corporis est, quod dissoluitur, non animæ, quæ incolumis corpore destructo subsistit.

In 8. lib. sanē intellectus Anaxagoræ inordinatus appellatur. Verū de intelligēte animā responderi primū potest, absurdū non esse inordinationē in aliquo indiuiduo esse, modō in specie vniuersa non sit: sunt verō semper aliqua animæ; quæ corpora formant & mouent. Deinde intellectū illum inordinatum fuisse dictum, quia cum esset aptus æternō mouere tempore, & mundus item mouere posset, nulla videbatur esse ratio, cur semper nō fuisset motus. Verū intelligēs animā, etiā apta ipsa sit perpetuō formare, mortale tamen & caducū corpus formari semper nō potest. Itaq. summus in eo cernitur ordo, quod eo tēpore, formauerit, quo formari potuit, tū verō ipsa corpore dissoluto per se subsisterit. Sed esto: sit in anima quoq. à corpore separata inordinatum quidpiā. Nos diuinæ fidei lumine adiuti futuram inde ratiocinabimur nostrorū corporū resurrectionē, quib. animæ rursū vniantur. Aristoteles autem dubius hæsit: nec tamen propterea negare voluit eam à corpore separari, quod manifesta & necessaria ratione concluderat.

Sed rursum ex eodē lib. aduersarij obijciunt, eam ex accidenti moueri corpore motu. At nisi quā pronuntiatū reperient, formā eam, quæ mouendo mouetur, naturā corruptibile esse, sed solū corruptibile esse mouēdo, nec perpetuō mouere posse. Sic enim primum motore ratiocinatur abstractū esse, ne moueatur ex accidenti, sempiternōque posse mouere tempore. Humana igitur anima, quæ dum mouet, ex accidenti mouetur, corruptibilis est mouendo

A solum, neq. semper mouere valet, sed post aliquod tempus intermittens motum à corpore separatur.

Idem ex altera illa ratiocinatione concludēs, quæ is colligit mobile esse æternū, quia mouēs æternū est. Quoniā, in quā, corpus nostrū mobile caducum est, verē mouētē quoq. animam, quatenus mouēs est, caducā esse, cessaturamq. aliquādo à motu conficiēs: nō tamē omnino, cum aliā habet operationē, ex qua eam semper permanētū esse cognoscimus.

De propositione autē illa, omne genitū est corruptibile, nihililq. quod aliquando incaperit, est sempiternū, ab aliis multa fuerunt scripta. Sed vt paucis absolutū, de illis intelligenda est, quæ generatione & physico motu incipiūt esse. Anima verō nostra non ita incipit, sed forinsecūs aduenit, vt idem ipse Philosophus aperta oratione pronuntiauit.

Illud quoq. criminantur, nullum violentum esse perpetuū. At ea philosophi verba de motu, & ijs, quæ Philico & corporeo motu mouentur, pronuntiatā fuerunt. neinde anima separata à corpore in violento statu nō est: quippe in tex. 49. li. i. de anima: Melius est, inquit, intellectū sine corpore esse. quāuis enim quoquo modo sit imperfecta, quia est dimidiata substantia, cui vlcima illa perfectio & integritas desit, quam ex vnione cum corpore integriq. ac perfecti hominis constitutione accipit: omnino tamen conditio illa conformis est immateriali atque à corpore non pendenti naturæ, quæ sine illo apta est per se consistere. In hoc tamen Philosophum crediderim magnopere laborasse, aut certē nō explicasse, quod minime ad naturā philosophū status ille pertineret.

Ceterū nihil est in hac tota disputatione celebre magis quam illud primi huius operis libri pronuntiatum: Si intelligere est phantasia vel non sine phantasia, separari non potest: eōq. præcipuē immortalitatis hostes aburuntur. Copiosē omnino fuit hic locus in propriis cōmentarijs examinatus, ad quos lectorē remitto ac rursū post examinabitur. Paucis nunc respōdebo, ex operatione quidē velut propria operatione voluisse Philosophū intellectus naturā inuestigari, cognoscīq. num separabilis sit nec ne. At separabilem is colligit, atq. apertis verbis docuit, quemadmodū ex sup. erūs dictis manifestum est. Et Philosophus eo ipso in loco illum ostendit in 3. lib. multis aperte docuisse absq. phantasia intellectiōne esse, quæ in expositione tex. 20. cōmemorat, ad seipsum conuersionem, in corporeū cogitationem, ad diuinam conuersionem, vniuersaliū cognitionē, & omnino quæcumq. sine sensu intelligit. Cum autē intelligere dixit corrumpi & marcescere alio intus corrupto, certū est id eū de huius vitæ intellectiōne pronuntiasse, in qua intellectus est actus corporis & operando vitur phantasia: cuius organo corrupto aut spiritu, intelligere non potest. Ipsum autē intelligere per se & absolutē consideratū statim subiūgit impartibile esse, quia nō pōder à corpore vt subiecto quandiu est in corpore, cum alioqui solius animæ propria sit operatio. Huc etiā illud spectat, sine phantasmate non intelligit anima. Et illud, cum contemplantur, necesse est simul phantasma aliquod contēplari. Vtrumq. enim ad intellectiōne pertinet huius vitæ, in qua cum sensib. coniuncta est anima nostra, & obiectū, non subiectū, significat. Posteriora enim verba interpretatio priorum sunt: & quomodo sine phantasmate non intelligat, declarat illud: Necesse est simul phantasma aliquod contēplari, hoc est intueri, inspicere, & considerare, tanquā obiectum. Alioqui affirmatū alibi diuinissimā hanc operationem esse,

HHHH ij

830 hys. 1. 53.

1. de celo 1. 12. 6.

1. de celo tex. 18.

Anima separata status nō violentus.

1. de An. 1. 12. 13.

Intelligere vero non marcescere alio intus corrupto.

Intelligere per se & absolute consideratum statim subiungit impartibile esse, quia non potest a corpore vt subiecto quandiu est in corpore, cum alioqui solius anime propria sit operatio.

2. de celo

6. phys.

7. an.

8. phys.

8. phys.

soliūsq. animæ propriam, in qua nec corporis actio commune quidquam habeat.

A. Cui duplex, separabilis et inseparabilis.

Alexander vero necessariū ex animæ definitione duci credit argumentū. Sed responderunt Philoponus ad tex. 65. lib. 1. alij. graues interpretes, duplicē in tex. 11. actum significasse philosophū, inseparabile vnum, alterū separabile. Non est, inquit, manifestum, an anima sit corporis actus, sicut naua nautis, hoc est separabilis, sicut naua separatur à nauī. Et si enim vt naua est, nō separetur, quatenus tamē est homo, intellectiōnē habet operatiōnē propriā, qua fungi sine nauī potest. Et intelligens anima, vt anima est & corporis vita, non separatur: at vt intelligit, separabilis est. Separata verò dicitur adhuc actus & perfectio corporis, vel quod antea fuerit, vel quod natura sua sit apta semper esse, sitque ex accidenti & ob caduci corporis defectum, quod actū non sit actus & perfectio.

3. de An. r. 20.

In tex. 20. lib. 3. quis sit intellectus passiuus, qui corruptibilis esse affirmatur, plurib. ibi dicitur, vbi ad eum locum interpretandū venerimus. Interim si phantasiā esse cum Philopono dixeris, Aristoteli consentaneē loquutus fueris. Quod si patibile intellectū omnino significari velis, is quoq; corruptibilis eo modo fuerit appellatus, quo in tex. 66. lib. primi marcescere dicebatur, alio intus corrupto; quoad presentis vitæ operatiōnē, in qua phantasia vititur, aut spiritu: absolute autem & natura sua imparibilis est & diuinum quidpiam.

Long. et brev. vi. 80 r. 2.

Hincilla quoq; exponuntur verba, quib. scientiā dixit, tum à contrario interimi, tū illius interempto subiecto. Nā præterquā quod exēpli causa id fuit dictū, vt duobus modis interire quidpiā posse doceret; vno modo per se, altero ex accidenti corruptione alterius: in exemplis autē nō est querēda veritas, sed explicatio; vt scire monet Auerroēs in cōment. 67. li. 2. de anima. Respōderi etiā potest, scientiā dici interire interitū subiecti, nō primarij, quod est intellectus, sed secundarij, quod est phantasia: que item pereunte negauit nos reminisci. Verū nec de corruptione intellectus aut animæ, sed totius hominis sermo est: Corruptis, inquit, animalib. corrūpuntur & scientias, que in animalibus.

7. Metaph. r. 11.

Porro quod in 7. lib. Metaph. dicitur, dissoluto composito solā super esse materiā, intelligendū est, ita euenire plerumq;. Intelligentē namq; animam à generali propositione, tū exceptilibi, cū eā à corpore separabilem & superstitē fecit; tum in tex. 17. libri 12. eiusdem operis, quem in superiorib. etiam commemorauimus.

12. Metaph. r. 30.

Iam intelligētias cælestiū orbium motrices noluit esse in materia, nō vt absolute essent æternæ, quippe cælum materiale est & æternū, & materia æterna, & elementorum vniuersitates æternæ: sed vt motrices æternæ essent, nec motū intermitterent vnquam. Si enim essent in materia, mouerentur ex accidenti, fatigataq; cessarent aliquādo à motu. Vnde animā quidē nostrā colligas in corporis motu æternā non esse: quia cū sit in materia, hoc est materialis huiusce corporis actus & forma, mouetur ex accidenti nec semper mouere potest, absolute tamen & sua natura immortalis persistit.

Tex. 48.

Eisdem illis intelligentias putauit fore otiosas, nisi mouerent. Tum quod motus ille ad vniuersitatis huius perfectiōnem spectat. Tum quod & ipsæ sunt aptæ semper mouere, & cælum aptum semper moueri. At à corpore separata anima otiosa non est: Quia cū interierit corpus, nihil habet, quod moueri possit. Sat est, si illud eo tempore mouerit, quo

aptum fuit moueri. Quamquā iam dictum est, inquit, quæ ad conditionem animæ separatæ pertinet, fuisse Philosophum, & difficultatem quidem fortasse vidisse, at explicare minime potuisse.

Dum autem intelligentias eas dixit fuisse illi, de genere vitam, quæ breuissimo nobis inest tempore, de vitæ huius totiusq; hominis felicitate loquutus est. Ea enim breuissimo durat tempore. Nam est in 2. lib. de morib. ad Nichomachū cap. 7. intellectus contemplationē scripserit maximē allidua a Chrysostomo, nōsq; assidue magis contēplari, quā operari potest. Tota tamē vitæ huius contēplatio, si cum intelligētiarum contēplatione cōparetur, breuissimi temporis est. At præter eam fore alterā perfectam magis hominis, sed separatæ mentis, quæ perpetua est, manifestē cognoscitur ex illo ipso 10. Moralium libri.

Deniq; ex iis, quæ ex 1. & 3. eiusdē operis lib. obijciuntur, ostensū iam est immortalitatem potius colligebatur, ostensū iam est immortalitatem potius colligebatur.

Et quoniam contendebat quoq; Porcius nullum fuisse Aristoteli argumentum, quo immortalitatem concluderet: animā aduerat primū illud ab eo ipso commemoratū, quod ex operatione ducitur, tum in cæteris formis, tum in hac inuestiganda fuisse illi familiare. Quid enim aliud est illud, si intelligere phantasia est, vel non sine phantasia, separari non potest, quā ex operatione propria aut cum corpore cōmuni separabile aut non separabile substantiā inuestigare: cū autē intellectiōnē cerneret propriā esse illius solius operatiōnē, non cum corpore commune, sed separatæ mentiū intellectiōnem periculum, quā multis modis, quāq; necessariis, animā separabilem esse confecerit, latius in superioribus dictum est. Ex motu id non potuit conici, quoniam colorū motus integratū est & perfectū substantiā: neq; hæc anima mouēdis illis corporib. sed mortali huic nostro, cuius motus mortalis est, indidit.

Verū certior & necessaria magis est intellectiōne argumentatiō: tum quod hæc sit propria intelligētis nature operatio, vt intelligens est & immaterialis suāq; natura spiritalis & abstracta. Tum quia argumentum, quod ex motu sumitur, propositione innititur omne quod mouetur, ab alio mouetur: quæ maximas habet difficultates, in eaque laboriosā Philosophus plurimum laborauit.

Verū enim vero cū pleriq; omnes, iij. sup. et anteriores philosophi, animæ nostræ immortalitatem teantur, pudeat Christianū hominē eā dicere etiam quidē Christianæ decreti immortalitatem dicere, et philosophia naturaliq; lumine mortale esse cōcludi, neq; posse naturali ratione immortalitatem demonstrari. Quod nō solum Iandunū, Petrum Pomponatium, Simonē Portiū & ceteros in elicio quos amasse video: sed etiam, quod magis miror, quādi ex parte Scotum in 4. lib. sent. dist. 43. quaest. 4. Nam et si is naturæ lumine mortale esse concludi non dixerit, immortalitatem tamen demonstrari posse negauit.

Sanè vt mittam in Lateran. Concil. sub Leone 11. fels. 8. magno opere distinctiōnē illā condēnari, quoniam verū vero contrariū non est, neque naturæ lumine cum nostræ fidei veritate pugnatū penē omnes antiqui Philosophi solū natura ductū sequuti immortalitatem cognouerunt, extrema demum temeritas est naturæ illā lumine aut cognoscit aut probari posse negare. Sed & S. Paul. in priore ad Corinth. epist. capit. ita naturali ratione corporū nostrorū resurrectiōnē probauit, vt animorū quoq; immortalitatem probauerit. Dum enim inter cætera illud adfert; Si in hac vita tantū in Christo sperantes sumus, miserabiles sumus

Dicitur de anima

sumus omnibus hominibus, maximè immortalitatem perhiadet aliumq. animæ à corpore separata statum. Nimirum iudicans posse naturali ratione probari neq; illa ratio tam resurrectionem, quam immortalitatem probat. Atq; in superiorib. ostensum est, in libris sacris doceri animi nostrum immortalem esse, non solum diuino beneficio & dono, sed suapte quoq. natura: quod autè sua natura est immortale, aliquas habet immortalitatis causas: quòdque naturales habet immortalitatis causas, naturali lumine demonstrari potest immortale esse: quippe ex causis demonstratio conficitur. Quid autem illud est, quod in Lateran. Concil. illi dantur, qui mortalitatem ex philosophia demonstrari posse dicent? Perinde nimirum est, siue ex philosophia mortalitatem demonstrari posse dicas, siue contra philosophiam aut naturalem rationem immortalitatem esse contendas. Quare non solum qui priorem, sed & qui posteriorem propositionem asserant, damnati sunt. Est enim intelligens anima naturalis forma: quare necesse est naturaliter aut mortalitatem aut immortalitatem eius probari, quoniam alteram contradictionis partem veram esse oportet. Si igitur demonstrari mortalitas nequit, sed quæcumq. afferatur rationes, facile solui possunt, consequens est immortalitatem demonstrari posse. Postremò certum est Theologorum decretum, nihil esse in Theologia religionis & Christiana, quod si supra philosophiam sit & naturam, contra philosophiam item & naturam sit. At qui si mortalitas duce natura demonstraretur, contra illius lumen immortalitas esset. Quod si hæc diuino fidei sacrorumq. librorum lumine traditur, contra naturam, siuereq. philosophiam lumen esse non potest, sed hoc ipso immortalitas potius, non mortalitas, demonstrabitur.

Demonstrationes
in causa.

Demonstrationes verò aut ex causa ducuntur, aut ex effectu. Ex causa est illa. Intelligens anima est immaterialis substantia, spiritalis & incorporea, immortalis igitur & sempiterna. Omnium eum philosophorum consensu, qui substantiam aliquam immaterialem cognouerunt, visa est hæc necessaria consequentia. Tum quia nullum est internum interitus principium, nec contrarietas, quæ aliunde mortem possit inferre. Tum quia cum eiusmodi substantia non acceperit à materia vt sit, & ideo ab ea intrinsecè non pendeat, potest absque illa esse propriusq. viri: nec neq; dum alteratur aut mutatur materia, afficitur simul & mutatur ipsa. Anima autè nostrà immaterialis esse ac spiritalis, multis modis cognoscitur ex effectu. Primum quòd operationes habeat cum immaterialib. substantiis communes, earumq. duntaxat proprias, intellectu in qua & volitione. Si enim operationes haberet similes & communes, ergo & substantiam haberet. Deinde quòd conuertat se in seipsam. Intelligit namq. & amat seipsa suasq. operationes: quod materialis nulla & corporea substantia potest. Tum quòd operationem inorganicà & abstractà habet: quippe intellectio eiusmodi est sua natura operatio. Quod & ex intellectu Dei separaturumq. menti cognoscitur: & ex eo confirmatur, quòd nulla res materialis & corporea intelligit, immò dum materialia ipsa intelliguntur, abstrahuntur & separantur à materia suamq. immaterialia: & omnino hæc duo sese mutuo consequuntur, omne intelligens est immateriale, & omne immateriale est intelligens. Præterea quòd res quoq. immateriales, & abstractas & vniuersas naturas intelligat & velit, nullumq. habeat determinatum obiectum, & omnia cognoscat & amet, vel etià ipsum bonum vniuersè spectatum mentèq. à singulis entibus & bonis abstractum. Accedit quòd ratiocinatione vtatur ex noto ignotum colligendo. Atqui materialis nulla & corporea virtus intelligit, nulla in seipsam redit: quoniam educta est ex materia, & ideo immersa

A tota & extensa cum materia materiaq. quantitate, que reditum non tolerat, qui partium vim, extensionem, & naturam ipsius destruit. Nulla sine determinato & constituto organo operatur, quòd ex materia organi educta & cum eo extensa, inhareret in eo, totaq. ab eo penderet. Nulla res immateriales, abstractas, & vniuersas cognoscit, sed materiales duntaxat & singulas, determinatèq. obiectum quodpiam habent omnes. Nulla deniq. ratiocinatur. Si igitur immaterialis est & incorporea intelligens anima, necessariò consequens est, minimè illà à corpore materiae pendere, corporisq. dissolutionem & interitum substantiam animæ non attingere: sed dissoluto atque interrupto corpore ab eo animam separatam subsistere & operari.

B Ex causa item finali ratiocinari licet. Hominis finem certum est non in bonis corporis aut fortunæ positum esse, neque in vlla re creata. Tum quòd cum bestiis hæc communia sunt; hominiq. conueniunt non per suam naturam, vt homo est & intelligens substantia, sed vt vegetat & sentit. Tum quòd in illis nunquam quiescit: & quamuis bonum aliquod diu operati allequatur, post adeptionem tamè meliora quarit. Quonià autè naturalis appetitus naturam sequitur; si hominis appetitus in re nulla materiali quiescit, certum est immaterialem esse ipsius animam: quippe materialis appetitus non potest rem immaterialem querere. Bona igitur animi querit, atq; in illis est hominis finis. Aut inquam in bonis moralibus aut intellectu. In bonis moralibus, hoc est in operatione virtutis, de qua in primo ad Nicomach. lib. A itoteles, hominis finis esse non potest. Quonià virtus in mediū potius est ad finem, quam si ipsi: nec in ea sola perfecte quiescimus. Quam ob causam in 10. eiusdem operis libro alium coactus est Philosophus præstantiorem finem cogitare. Dum autem intellectilia bona cogitamus, nullus finem in arte, prudentia, & scientia, poneret; sed in sapientia potius altissimarum rerum, carumq. amore ac possessione perfecta. Hanc in hac vita satis non licet consequi. Vel certè quicumq. sit hominis finis (esse autem oportet præstantissimum quidpiam) eum non consequitur in hac vita; nec in re vlla animus perfecte quiescit, nec vllus inquam fuit omni ex parte contentus. Aliam igitur necesse est esse vitam, in qua finis is ac beatitudinem suam perfecte allequatur. Et hæc quidem ex causa demonstrationes sunt.

Demonstrationes
actionib.
mentis.

Iam ex effectu, partim ex actionib. mentis, partim ex operationib. voluntatis, demonstrationes sumuntur. Ex actionib. quidè mentis hæc. Prima, quòd mens nostra res immateriales & spiritales cognoscat; nullaq. corporea facultas possit res spiritales comprehendere: est igitur spiritalis & immaterialis mens nostra. Ad hoc demonstrationis genus pertinet illud quoq. quòd & Deus & separata substantia mentis nostræ obiecto continentur, quippe omne ens comprehendit. At in hoc corpore dum moratur, substantias illas, quarum desiderio summo tenetur, clarè ac distinctè non potest cognoscere: alià igitur necesse est illius conditionem fore, qua sine corporis impedimento satisfacere suo desiderio possit. Etenim facultatem omnem oportet distinctè assequi omnes obiecti sui partes; vt in cæteris omnib. videas: alioqui tum facultas, tum desiderium distinctè naturas illas immateriales cognoscendi, frustra essent in nobis. Huc etiam desiderium illud spectat, quo effectu proposito querit mens nostra causas illius omnes vsq; ad primam: eaq; inueta necdum quiescit, sed illius naturam & vim omnem cupit cognoscere. Cum igitur prima omnium causa sit Deus, cuius natura & vim in hac vita non satis assequimur, aliam nobis superesse oportet.

Altera demonstratio est, quòd humana mens res vni-

HHH iij

uersè sumptas cognoscit; quod corporea & materialis nulla facultas potest.

Tertia, quod seipsam suâsq. actiones cognoscat: quod incorporea & immaterialis facultatis proprium est.

Quarta, quod nullum habeat certum obiecti genus, sed intelligere possit quidquid est. Hinc enim consequens est corporeâ facultatē non esse: quippe facultas omnis corporea certum habet & determinatum obiectum, quod solum & non aliud percipiat.

Quinta, quod ratiocinatione & argumentatione utatur: quo genere cognitionis nulla corporea facultas utitur, sed omnino ratiocinari atq; argumentari, hoc est ex vna re cognita ignotam aliam deducere, spiritalis naturæ proprium est.

Sexta, quod intellectio, mentis nostræ operatio propria, potest, immò debet sua natura sine corpore exerceri, vt in Deo & separatis mentibus manifestum est. Sed & in nobis absq. corporis organo exercetur; nec in ea, vt in quibusdam Philosophis, quidquid habet commune corporis actio. Quin corpus maximo potius est menti nostræ impedimento, dum nihil, nisi corporis sensib. & phantasia subministratum, intelligere potest. quam ob causam in rerū essentia abstractiq. naturis cognoscendis plurima difficultas. Propriâ igitur hæc anima operationem habet, cum qua sine corpore possit subsistere, aliquandoq. eam oportet ita liberari à corpore, vt liberè suâq. naturæ congruenter operari queat. Sanè nos experimur eo melius intelligere, quo mens magis separatur & eleuatur à materia. Quod tum in scientiis perspicuum est, in quibus propterea utimur abstractionibus, vt philosophari nil aliud esse dixerit Plato, quam animam à corpore separare: neq; nos perfectâ in hac vita philosophiâ assequi, quod perfectè separare non possumus, tum in extâs melius multo percipiuntur omnia, nec præterita modo, sed & futura, quod mens tunc quoquo modo discedat à corpore.

Septima sit demonstratio illa philosophi, quod in Senectute morbisq. cæteris lædatur plurimum & debilitetur corpus, mens non lædatur nec debilitetur, sed vigeat magis. Neq; à vehementioribus obiectis dissoluitur, quemadmodum sensus, sed reficiatur magis atq; ad intelligenda cætera robustior fiat.

Ex actio.
inbuero-
luntati.

Ex voluntate ite que altera est animæ nostræ facultas, demonstrationes sumi possunt. Prima, quod voluntas nostra sit libera, liberèq. agat, neq; creatū quidquid sit, quod vim illi adferre possit. Subest enim soli Deo, qui solus eam condidit, potestq. eam determinare, at non omnino cogere. Libertatem hanc in nobis ipsis experimur, estq; tam manifesta, quam hominē esse animal ratione præditum. At præterquam quod spiritalia sola libertate fruuntur, nulla excogitari potest causa, cur anima nostra libertate sit prædita, non autē motorū animæ; nisi quod anima nostra sed intelligēs & spiritalis: ideòq. à naturalibus causis corporeis, sicut cæteræ animæ, non impellatur. Si autem spiritalis est, fuerit & immortalis. Hinc etiâ spectat, quod ea seipsam primò mouet, estq. suarū actionū domina, neq; ad vniū quidpiâ determinata, vt materiales cunctæ virtutes, sed ad plures & contrarias actiones indifferēs. Perinde enim ex his cognoscitur eam non esse materialem & corpoream vim vllam, sed diuinius aliquid minime cum materia permixtum, & ideò ab ea separabile.

Secunda, quod humana voluntas resistat, aduersetur, contradicat, imperet, planèq. dominetur inferioribus appetitionibus naturalibus. Non igitur materialis res est & corporea, sed superior natura. Nihil enim, inquit Plotinus ad tex. 65. lib. 1. aut contra seipsam, aut contra subiectum suum pugnat: anima verò corpori repugnat, cū sic affectus corde ferat; non igitur in ipso esse habet.

Neq; aliam ob causam non possunt bestie appetere inferiores refranare, nisi quia nullam habent imperantem animi partē. Ita Plotinus in lib. de præcipuis trib. lib. stantibus cap. 10. Platonis illud incorporeatur, quo animi iubebat à corpore separare, vt noluerit eam amare corpori, neque imaginationi consentire, neq; ob corporis commercium alienari à mente.

Tertia, quod nihil, vt ratiocinatur quoq. idem Plotinus, subiectū suum corrumpit: siquidē omnia corporea esse. At intelligens anima corpus virtute consummatum igitur in corpore habet esse. Nam si vlla esset materialis forma, quæ suo subiecto moliretur interitū, seipsam mul interimeret. Quod naturalis ille rebus omnibus sitis appetitus non permitit, quo singula salubritate & conseruatione omnibus quibus possunt, modis procurant. At qui anima nostra macerat & affligit corpus, moros, libenter etiam interdum offert: incorporea igitur est ipsa, neque corporis morte moritur.

Quarta, quod hæc ipsa voluntas immortalitatem immopere appetat non generali illo modo, quo res cunctæ appetunt esse & conseruatione presentē, sed formaliter desiderando semper esse. Nihil igitur frustra sic hæc appetitus, potest nimirum anima nostra immortalitate contenti & semper esse. Ad quod argumenti genus pertinet etiâ appetitus honoris, gloriæ, & immortalis fame patit corporis mortē, nobis à natura, non ut cæteris animalibus infusus. Animam namq. nostram testatur hic post corporis dissolutione esse superstitem, ad quam honoris, gloria, & fama pertineant.

Quinta, quod virtus non minus homini sit naturæ, quam ratio, siquidem virtus actio est rationis recte conformis. Tollitur autē omnis virtus, si mortalis anima pereatq. cum corpore. Nam si ita sit, corpori solum eius voluptatibus, ac cōmodis indulgendū erit, neq; preterea curādum quidquid neq. rationis recte, sed sensu ductū viuendū: quod bestie faciūt. Itaq. in sacris litteris perinde immortalitate sublata, ac sublato Deo virtus omnē perire obseruabis. Quemadmodū enim in Psal. 13. & 52. cum dixisset insipientes in corde suo, Non est deus, statim corrupti sunt & abominabiles facti sunt.

Deus, statim corrupti sunt & abominabiles facti sunt, non est qui faciat bonū, non est vsq. ad vniū, Ita profectū in lib. Sap. cap. 2. Negasset impij animi immortalitatem; ex hoc statim illud, quod erat conseruatum, duxerunt; Venite ergo, & fruamur bonis, que sunt, & vtamur creatura &c. Et S. Paul. in priore ad Cor. cap. 15. Si anima non est immortalis, nihil esse debet propter Christū & virtutē tolerandū, sed corporis indigendū. Si ad bestias, inquit, pugnaui Eph. est, quid mihi prodest? Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Inter cæteras porro virtutes omnis fortitudo. Non enim anima sit superites, quis mortē sustineat? Nonne quilibet potius liceret agere, vt vitaretur mors?

Sexta, quod hæc omnia sunt certa & naturæ lumen cognita. Primū, hominē libertate præditū esse, est, in suis actionibus, vt, & ideò dignū esse præmio aut supplicio. Deinde, Deum esse, & habere omnium rerum prouidentiam. Tum verò eum esse iustū, & ad eum, qui cum iustitia prouidentia habet, pertinere vt præmia reddat & supplicia iis, quorū curā habet, pro actionū dignitate & merito. At experientia manifestū est, & omnibus notum, in hac vita Deum debita præmia & supplicia non dare. Immò plurimi optimi viri cruciantur grauissimè, totamq. in summis erumnis vitam traducunt, flagrantissimiq. pleriq. omnibus fruuntur bonis. Aliam igitur necesse est superesse vitam, aliumq. animæ statum, in quo præmia singulis aut supplicia suis actionibus congruentia reportent, vt Deum appareat iustissimū mundi administratorem esse. Hoc argumento ad immortalitatem pertinet.

persuadendam vfos fuisse legimus grauíssimos viros; S. Ioann. Chryostomū in Homil. quarta de prouidentia, & Lactantium Firmianum lib. 7. cap. 10. immo & S. Petrum aduersum Simonem Magum, planēq. necessarium esse affirmasse, vt scribit S. Clemens Romanus in 3. recognitionum libro. Et hæc quidem ex voluntatis actionibus demonstrantur.

Quib. & illud accedit, quod d naturali lumine cognoscitur, verum vero contrarium non esse, sed magnopere consentire. Quare cum iam ex nostræ religionis veritate constet animæ nostræ immortalitas, necessarium consequens esse eam naturæ quoque lumine cognosci atq; ostendi posse. Hæc demonstratio aduersus Ethnicum Philosophum, qui fidei nostræ veritatem non admittit, vim nullam habebit: sed apud eos, qui Christianam religionem susceperunt, & Christianos profitentur, habet omnino maximam.

Deniq. quemadmodum olim resurrectio probata est experientia, ita & immortalitas probari potest. Nam si quis à mortuis resurrexit, manifestum est animam esse immortalem. Resurrexisset autem aliquem non solum de Christo domino ac seruatore nostro, ijsq. qui ad vitā ab eo reuocati sunt, certum est. Nam præter fidem, quam de Christo nos Christiani habemus, sacrarumq. litterarum auctoritatem, non minus saltem id à quibusvis concedi debet, quam alia omnia concedantur, & tanquam certissima credantur ab omnib. quæ de quibusvis rebus gestis narrantur in humanis historiis. Sic Christi quoque Apostoli eum scripserunt resurrexisse, seq. illum post resurrectionem vidisse, & cum eo dieb. multis egisse, aliōsq. item præter ipsum plures. Verum etiam in lib. 10. de rep. Plato Erem Armenium in prælio occisum duodecima ab obitu die, dum Pyrae impositus esset, reuixisse, & quæ interim viderat, reuulisse narrat. Eum Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromat. Zoroastrū fuisse putat, eiusq. de eadem re testimonium profert. Et Eusebius Cæsariensis, in lib. de preparat. Euang. cap. 18. præter illum Platonis locum adfert ex Plutarcho alium in primo lib. de anima, ubi Enarchum mortuum reuixisse narrat. Et hæc quidem omnes demonstrationes eiusmodi sunt, vt cuiusvis possint satisfacere: neque magis efficaces ac necessarias in cæteris rebus, quæ demonstrari putantur, facile reperias.

Quam verò lenes eæ rationes sunt, quæ in superioribus commemorata mortalitatem aduersariis persuadebant, ex his manifestum erit. Animam hanc immaterialem esse & spiritalem substantiam, principio huius disputationis positum est. Verè enim immortalitatis principium est & causa. Eamque non ex materia educi, sed vt quidpiam conditione tota materiali melius, & vt quibusdam loqui placuit, pars diuinitatis nonnulla, aduenire forinsecus antiquitas tota cognouit. Quippe vt homo hominem procreet, sat est, si actione feminis materiam disponat, formetq. corpus, & sit causa vnionis animæ cum corpore, qua coniunctum illud existat, quod hominem appellamus. Meliusque ita fuit humanae speciei prouisum, quæ immaterialem & immortalem habere formam, quæ à naturali agente produci non possit: quàm si materialem & mortalem habuisset. Præsertim cum Deus illius conditor maiorem, quam agentia particularia, specierum omnium conseruariarum habeat curam, singulisque propterea desiderium & vim inseruerit procreandi. Neque huius formæ cum corpore proportio in eo quaerenda est, vt materialis sit vel immaterialis, mortalis vel immortalis: verum in eo potius, vt sit illius actus essentialis actus inquam eiusdem generis, qui vt corpus est potestatis, cum adesse, tum ad operationes, ita & essentialiam

eius perficere valeat anima, & cum eo vnum ens perse & completum facere, & ens omnes operationes adferre, quarum habet corpus organa preparata: contraq. illud esse, quod anima est apta dare, corpus sit aptum suscipere, atque operationes, quarum illa potest esse principium, hoc aptum sit inuare & exequi.

Quod autem à materialibus obiectis perficiatur, quid mirum? Sanè sunt entia & intellectilia. Et intelligentia quoque motrix cæli ab orbe materiali perficitur, vt mouens à mobili, sine quo imperfectissimam & otiosam eam fore Aristoteles censuit. Et ab accidente perficitur substantia, aliq. perfectiora complura ab imperfectioribus perficiuntur. Ac demum separatas mentes, dum res materiales intelligunt, ab illis perfici doctissimi, primarijque Theologi consentiunt. Quid quod materialia in text. 16. intellectilia potestate esse dicuntur, fieriq. debere immaterialia, siue per intellectilem speciem ex phantasmate separata, siue per ipsius intellectus actum, antequàm actu intelligatur, & intellectum perficiant? Quare cum esse intellectile immateriale quidpiam significet, entiaq. materialia quoque intellectum perficiant, vt intellectilia sunt, atque huius facultatis obiecto continentur, perficere illum dici possunt, vt quoquo modo immaterialia sunt, siue per intellectilius speciei representationem, siue quoad esse cognitum ab intellectu, siue quoad ordinem & proportionem cum eiusmodi cognoscente facultate.

Porro intelligens anima in sua operatione propria, intellectu & volitione, ab organo nullo corporeo pendet, vt à subiecto, quod immaterialem & immortalem naturam euidenter ostendit: sed solum à phantasmate, vt ab obiecto & in prima sui obiecti acceptione, quoniam est corporis forma. Quare hoc essentialiter illi non conuenit, alioqui intellectioni omni & volitioni conueniret, sed solum in hac vita, in qua sensib. corpore uel sensib. alligata est.

Propterea etiam corporis inclinationes ferè sequitur: Non necessitate, nec semper, immo resistit sæpe, castigat, & domat: sed quod homines appetitum sentientem plerumq. sequuntur. Audi quid Philoponus dicat in comment. tex. 82. lib. 1. Hoc inquit, euenit, cum præter naturam se habet homo. Quando enim non dominatur intellectus, cuius quidem secundum naturam est id, quod est principale, cõuerso ordine facultates ipsius anime corporis temperamenta sequuntur. Sed quando intellectus dominatur, tunc quia secundum naturam se habet homo, non amplius animæ facultates temperamenta corporis consequuntur, & ipsum corpus animam sequitur.

Denique fatigati videtur, corpore fatigato, eoque recreato recreari: quod non liberè nunc operetur, sed sensib. vtatur corporeisq. facultatib. quæ absumptis spiritu & corpore fatigato non operantur, moxq. ad operandum restaurantur. Alioqui ipsum intelligere verè dixit Philosophus imparibile esse neq; cū corpore debilitari. Quare si ex operatione cognoscenda est forma, imparibile & immortale prorsus animæ esse cognoscimus.

Etenim hæc ipsa præsentis cõditionis intellectio, quæ phantasmate vitur, duo planè continet. Alterum est intelligere, quod animæ nostræ conuenit absolute, vt intelligens est & subsistens, eiusdemq. cum separatis mentibus natura: Alterū intelligere cum phantasmate, quod illi ipsi conuenit, vt nunc huiusce corporis est forma. At quæadmodū huius corporis non sèper est forma, sed ab eo separabitur aliquado solitariaq. subsistet: sic intelligere cū phantasmate non sèper illi conuenit, sed quadiu corporis existit forma: deinceps intellectu propria ipsius operatione, qua nūquā priuabitur, absolute vitura.

HHH iij

Resurrexisset autem aliquem non solum de Christo domino ac seruatore nostro, ijsq. qui ad vitā ab eo reuocati sunt, certum est.

Quomodo autem spiritus animæ sit organum.

Vt homo à mortuo resurgat.

Intellectus eius vt materialibus obiectis periciatur.

Vt pendet à phantasmate.

Vt corpore uel inclinationes ferè sequitur.

Intellectus vtatur corporeisq. facultatib. quæ absumptis spiritu & corpore fatigato non operantur.

Animæ separata intellectio.

Atq; vt eadem est entitas, quæ & intelligens est & im-
 materialis, & corporis forma, sic eadem est operatio,
 eademq; essentialiter intellectio cum phantasmate, &
 intellectio à phantasmate absoluta, solusq; intelligendi
 modus diuersus est: quippe eadem est animæ essentia,
 tum in corpore, tum extra corpus, essendi tãtũ modo
 diuersa. Ex hac igitur separabili operatione, quæ essen-
 tialiter non requirit phantasma, sed sine illo perfici
 potest, colligitur maximè animam quoq; separabilem
 esse, neq; essentialiter indigere corpore, sed absque illo
 posse subsistere. Dum enim ex operatione queritur
 cognitio formæ, nõ ita hæc cognoscitur, vt ex naturalis
 operationis duratione duratio formæ colligatur, alio-
 qui in summo operatione cessante non esset anima: sed
 ita vt ex operationis conditione & natura, conditio &
 natura formæ concludatur. Et quoniam intellectu sua
 natura non eget corpore, ex ea verè conficitur animam
 quoq; corpore nõ indigere, sed per se subsistere imma-
 terialem, separabilem, immortalem. Neq; separatam
 fore otiosam, cum propriam habeat operationem, quæ
 cum ea separatur. Neque enim operationem, sed ope-
 randi modum mutat, dum intellectiõnem recinet, sed
 corpore relicto abiicit quoq; phantasmata. Et vt mo-
 dus ille, qui est sine phantasmate absolute nobilior alte-
 ro sit, qui phantasmate vtebatur, melior tamen non est
 rationali animæ quatenus corporis est forma: quia in-
 completa cum sit & dimidiata substantia, operationem
 potius cum corpore communit intellectiõnemq; cum
 phantasmate querit. Et ipsa quidè à corpore separata est
 imperfecta, quoniam forma & pars alterius: vim tamè
 patitur nullã, quia immaterialis & subtilis apta est per
 se post corporis interitum coherere. Nec desunt, qui
 absurdum non esse respondeant volentem quidpiã per-
 petuo in indiuiduo, modo in vniuersa specie non sit.

Quod si formam miseris imperfectam aut etiam per
 vim sempiterno manere tempore, an non maius fuisset
 incommodum intelligente anima priuari mundum?
 Satis igitur fuit eligere id, quod erat minus, vt maius
 alterum viteretur. Nam & corpora grauiã lursum saepe
 mouentur, vt viter vacuum. Caterum ex hoc futu-
 ram colligas nostrorum corporum resurrectionem,
 eamq; naturæ lumine cognosci hoc argumento posse:
 quamuis modus, tempus, & circumstantiæ ceteræ non
 nisi diuina reuelatione cognoscantur. Deniq; etiã de
 separato illo statu nihil sciremus, immortalitas tamen
 propterea negada non esset, quam tot necessarius argu-
 mentis concludimus. Nam & Aristoteles antea diximus
 animam quidem cognouisse à corpore separari, in aliis
 tamen plurib; quæ cum hoc cohærebant, dubiũ hæsisse.

*De separa-
 tione su-
 sura.*

*De ani-
 ma separa-
 tione
 corporis.*

Diximus & antea de separationis modo. Non enim
 motu ad locum, neque alteratione ipsius, sed corporis
 potius, separatur, dissolutõq; ac corrumpente corpore stat
 incolumis ipsa, ab ea cessans formatione, quam antea
 corpori tribuebat. Quod est incorporeum, inquit Por-
 phyrus in lib. de occasionib; si quando in corpore com-
 prehendatur, non aliud quidem vllum ipsum alligat, sed
 ipsum certe seipsum. Neq; igitur resoluat ipsum cor-
 pus, quando transigitur aut interit, sed ipsum potius se-
 metipsum enodat, quando à familiari erga subiectum
 affectione diuertit. Et in Alclepio Mercurius cap. 10.
 Mors efficitur dissolutione corporis labore defessi, &
 numeri cõpleti, quo corporis mēbra in vnã machinã ad
 vitales vsus aptantur. Moritur enim corpus, quãdo ho-
 minis vitalia ferre posse desierit. Hoc ergo est mors,
 corporis dissolutio corporalit; sensus interitus. Hoc
 enim quod mortẽ homines vocant, inquit Max. Tyrius
 in ser. 25. immortalitatis initium est & futura vitæ pro-
 creatio, pereuntib; scilicet sua lege subõq; tempore cor-
 porib; animis vero ad propriũ locum propriamq; vitam

A ascendit. Hac verò formatione cessante anima transi-
 ente lectiam & perfectionem corporis dicimus, non
 actũ, sed potestatem, quod rursum apta sit cum corpore
 coniungi, illudque perficere.

Dum autè pendentiã & nexũ causarũ, materiam pre-
 fertim & formam, corporis & animæ, Pomponianus
 querit, eo nexu contentus sit, qui est in propria linguis
 causarũ causalitate. Vt quemadmodũ forma & anima
 est apta dare esse, constituere, & actuare corpus, ita
 cõmissim quoque potestatem sit ad illud esse luicõpendium.
 Neq; opus est ex illa materia formam educi. Nãq; in
 prima rerũ omnium productione ex materia elementa
 alteriũve cuiusvis rei forma factũ est vnum entitãq;
 nec tamè forma educta est ex materia, sed à Deo formã
 cum ea creata: & in singulorũ hominũ productione
 intelligens anima creatur à Deo, vel vt Aristoteles loquitur
 batur, forinsecus aduenit, & tamen cum corpore facit
 vnũ ens per se. Et si quælibet alia materialis forma cre-
 retur à Deo atque cum materia coniungeretur, quoniam
 cum ea faceret vnũ per se: ad extremũ quod idẽ autem
 putat naturali luminĩ repugnare intelligente animam
 absolutè & sua substantia in corruptibile esse, & cõmuni
 quid corruptibile vt est vnita materĩ, leue est & nullũ
 firmis rationib; confirmatũ. Contrãq; id à nobis ostẽ-
 sum est ex illius operatione totõq; naturæ lumine ne-
 cessariũ colligi. Vt hic sit finis de tota immortalitate
 disputandi.

*Intelligentem animam esse hominis formam
 in hominib; singulis multiplicatam.*

Tertia Auerois propositio fuit, intelligente animam
 assistentẽ hominis formam esse, non formantẽ & essen-
 tialem: quodq; hinc consequens est, communẽ animam
 omni definitione initio 2. lib. à philolopho tractantem
 homonymẽ illi conuenire. Materialẽ alĩã formã, quæ
 cogitantiũ nominauit, essentialẽ esse formã à volũtate
 pro indiuiduorũ hominũ numero multiplicatã, illã in
 omnib; vnam. Quarta hanc hominis propositiõnem
 numerare licet. Neq; defuerunt nostris temporib; qui
 vt augerent monstrũ, vnã in omnib; formantẽ formam
 ponerent. Et alij ne immortalitate ad illã multiplicatã
 æternitate, infinitum animarum numerum factũ cog-
 gerentur, certum maluerunt earum numerum ad quã-
 alia & alia corpora migrationem eligere.

Secus Aristoteles sensũ ex plurib; locis cognoscitur
 quod ad formationẽ actinet, primus illã ipsam samo-
 minatam definitionẽ continet. Nam in tex. 1. eius lib.
 palam pollicetur cõmuniũimã omni animæ definiti-
 õnem, quæ defecitum antiquorũ suppleret, quos in tex.
 lib. 1. grauius reprehēderat, quod non de omni, sed de
 sola humana anima loquuti essent. Hãc verò ipse com-
 tere non debuit, quæ & potissima est, scab illis constab-
 rata: verũ ceteras quoq; ab alijs prætermittas cõpõctã.
 Definitionẽ hanc dum inuestigat, substantiã partem
 tex. 2. in materiã, formã, & coniunctũ formamq; quam
 appellat actum, formantẽ formã, significare certum est.
 Tum quia eam facit coniunãti partẽ, quod in categoriæ
 substantia contineatur. Tum quia materiã appellat po-
 testatem, & formam actum, perfectionem & speciem
 materiæ, quæ potestas est essentialis: & per eam ait hoc
 aliquid, id est perfectam substantiam dici. Tum verò
 in tex. 4. animam vniuersẽ probat non esse materiam,
 sed formam. Quare cum formantem antea & essen-
 tialẽ materiæ actum nominasset, omnis profectò
 anima formans & essentialis est forma. Rursum ani-
 mam probat non esse corpus, quia corpus non est in
 subiecto, anima verò in subiecto: at assitens formam
 subiecto esse non dicitur. Ex his mox definitionem
 eam colligit, quam in tex. 7. & 8. omni animæ cõm-
 muniẽ

Diabolum